De 8495
4°

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000001

atc 1215 (2)

III, 25. Q.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000002

LIBRI ARABICI

فاكهة الخلفاء ومفاكهة الظرفاء

SEU

FRUCTUS IMPERATORUM

ET

IOCATIO INGENIOSORUM

AUCTORE

Ahmede filio Mohammedis

COGNOMINATO

Ebn-Arabschah

PRIMUM E CODICIBUS EDITI ET ADNOTATIONIBUS CRITICIS INSTRUCTI

A

Georg. Guil. Freytag Dr.

PROFESSORE LINGUARUM ORIENTALIUM IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILIELMIA.

BIBL. SOCIETIEN. GERM.

PARS POSTERIOR

CONTINENS

LOCORUM DIFFICILIORUM EXPLICATIONEM, INDICES LATINOS ARABICOSQUE NEC NON DE ORNAMENTIS ORATIONIS ADNOTATA.

BONNAE,

TYPIS REGIIS ARABICIS

IN OFFICINA LECHNERI

MDCCCLII.

II 25.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000006

Litterarum Arabicarum studiosis fautoribus patronis

S. P. D.

G. G. FREYTAG

Tempore, quo Ebn-Arabschahi librum فاكهة الخلفاء ومفاكهة الظرفاء inscriptum, quem auctor duobus ante mortem annis anno Hedjrae 852 composuerat [1]), edebam, textum Arabicum et in latinum sermonem vertere additis adnotationibus vel sensum vel res illustrantibus et Germanice transferre mihi in animo erat. Quod promissum a me spe freto datum fore, ut liber aut emtores, qui sumtibus faciendis sufficerent, haberet aut ego illis carens auxilio tali rei necessario haud destituerer, quominus perficerem, impedivit quum emtorum parvus numerus tum auxilii spes abiecta. Tempus enim tam mutatum rerum statum adduxerat, ut, quae spes certissima fuisset, ea ne minima quidem restaret. Liber autem quum talis sit, ut, quamquam non omnes comparandi et disputandi modi in eo placere possint, tamen, dum legentis animum miro modo exerceat, nullus fere inveniatur, qui, sive utilitatem petamus, uberiorem, sive voluptatatem optemus, maiorem offerat, promissi, cui toti stare non possem, partem perfecturus adnotata de locis huius libri difficilioribus sumtibus meis in lucem proferre statui. Quod enim tam pauci emtores fuerunt, huius rei causa non tam in eo quaerenda est, quod libri utilitas parva est, quam in eo, quod multi ob multas magnasque difficultates a legendo abhorruerunt. Ne autem adnotationum mole crescente sumtus nimis augerentur, non omnes

1) Corrigendus igitur est locus in praefatione textus Arabici p. XXXVI.

difficultates; sed nonnisi graviores legenti removere easque non tam prolixe quam breviter explicare volui. Quae difficultates maioris momenti haud explicatae remanserunt, erant enim quae aut me ipsum fugerent aut quarum explicandi modum non invenirem, eas aut doctioribus aut quibus ad libros facilior aditus est aut iis denique explicandas trado, quos casus quidam ad librorum locos rebus explicandis inservientes ducet. Difficultates ad artem rhetoricam in textu Arabico spectantes tam multae sunt, ut, si omnes explicaturus fuissem, paene tota ars rhetorica exhaurienda fuisset. Quapropter ea, quae ad artis rhetoricae partes ab Arabibus doctis علم المعانى et علم البيان appellatas pertinent, paene omnia silentio transiens nonnisi ad externa verborum ornamenta, quibus Arabes posterioris aetatis multam operam dederunt, legentium animos converti. Sed quum ex his, quae in opere nostro innumera sint, ut in quavis fere linea occurrant, nonnisi graviora elegerim, quae paucis verbis legentibus indicarem, opere finito adnotata de orationis ornamentis addidi, ne ista mea brevitas legentibus noceret.

Valete mihique favete!

Scribebam Bonnae Calendis Octobris.

Adnotata de locis difficilioribus libri Fakihat-Alcholafa wa Mofacahat-Althsorafa inscripti.

Pag. 1. lin. 1 sqq. Initio praefationis Deum esse rebus exsistentibus, quae omnes Dei benignitatis participes factae sint, auctor cognosci dicit. Tam res inanimatas, ut lapides, metalla, eius potentiam quasi voce significante, quam bestiae haud loquentes eius sapientiam quasi sermone claro ostendere. Deum esse prudentem, unicum, singularem, a variis animalium speciebus proferri. In linea tertia vocum توحيد et تفريد significationes sic distingendas esse puto, ut illa significet, Deum esse unum, ut praeter hunc Dei alii haud sint; haec autem, Deum cum personis filii et spiritus sancti coniungendum non esse. Sic censeo ratione habita eorum, quae in linea quarta sequuntur, quamquam tam vox توحيد, quam vox تفريد usu technico aliam significationem habeant. conf. libr. Tarifat ed. Fluegelii. Ob rhythmum حمدِه باذلُ enunties et vocem أن sequente voce الا locum vocis ما non occupare scias. conf. de Sacy Gram. Ar. T. I. p. 519. 920. — lin. 5. Auctor Christianorum sententiam, Jesum virgine Maria natum Dei filium esse respicit. — lin. 6. Deum laudat non tam vocibus, quam crinibus membrisque i. e. hominis singulis membris, Deum laudandum esse, cognosci dicit et simul Deo gratias agit, ut beneficia Dei in posterum mereat. Hanc autem ob causam gratiarum actio cum avibus venantibus comparata est, a quibus quasi venantibus Dei beneficia peterentur — lin 6. Auctor eandem vocem الجوارح; sed cum diversa significatione membrorum et avium rapacium, utramque cum articulo, posteriorem autem addita praepositione in homoioteleuto constituendo adhibuit conf. Darstell. der Arab. Verskunst etc. p. 325. — lin. 7. Verbis أن لا اله الا الله, quae pars confessionis fidei Mohammedicae sunt, se verum Mohammedanum annuntiat — lin. 8. Proverbium est recens: لسان الحال افصح من لسان المقال „Linguae status facundior est quam lingua sermonis“ Meid. T. III. p. 475. Verba معرب ببيان حاله „quorum singula idem ac priora homoioteleuton habent, indicant, conditionem animalium distincto modo et quasi claris et haud obscuris verbis, Deum sempiternum esse, indicare. Auctor dicit, e statu creaturarum melius cognosci posse Deum, quam id verbis hominis exprimatur. Ut autem omni ex parte horum verborum sensum intelligas, vocem البيان sic ab Arabibus de-

finiri scias: البيان اجتماع الفصاحة والبلاغة وذكاء القلب مع اللسن conf. quoque de Sacy Anthol. gram. p. 307. Tum multis verbis et magna cum eloquentia, Dei laudem ab omnibus rebus et animalibus proferri, explicat. — lin. 9. Voces اطيطها et غطيطها, magis ut homoioteleuto satisfiat, quam ob significationem iis convenientem cum coelo terraque coniunctae sunt. — lin. 14. Verbis واشهد ان سيدنا محمدا عبده ورسوله altera confessionis fidei Mohammedicae pars absoluta est. Verbis الذى من صدقه اينع مراده واثمر سؤله «cuius (Mohammedis) propter veritatem voluntas eius (Dei) ad maturitatem pervenit et fructus tulit eius petitio«, auctor dicere vult, Mohammedis veritatem in iis, quae Dei legatus ad homines pertulerit, effecisse, ut Dei voluntas erga homines perficeretur et preces, quibus homines Deum adirent, haud inutiles essent. Ut autem Mohammedem omnium praestantissimum Dei legatum et aliis prophetis potentiâ haud inferiorem (nam Mohammedani multos legatos a Deo missos fuisse putant) esse probet, plura vera miracula المعجزات ab Arabibus appellata, quae sine dubio seriore aetate viventes Mohammedi tribuerunt, enarrat. (De miraculis conf. Maracc. prodromi ad refutat. Alcor. P. 2. p. 30 sqq.). Dorcadem الغزالة ei salutem dixisse (Auctor rem animo habuisse videtur, quae in Maraccii prodromo in Coranum ib. p. 38 narratur), lapides eum allocutos esse salutem dicentes conf. Pocockii specimen p. 192 et Maraccii ib. p. 37. lutum ei fidem habuisse ib. p. 41, Koraischitis petentibus Mohammedis voluntate lunam fissam esse conf. Pocockii specimen p. 192. Maraccius p. 17, arbores ab eo invitatas obsequium praestitisse Maracc. p. 36. conf. Pocock p. 192, camelum eius opem implorasse Maracc. p. 31. Pocock. p. 193. Weil Mohammed p. 142 Not., trabem sonantem desiderium patefecisse, quippe Mohammedes ad eam antea orationes habuisset Marac. p. 32. Pocock. p. 193, uber siccum in eius manu lac largiter emisisse Marac. p. 37 sq. in eius manu glaream Deum laudasse ib. p. 44, inter eius digitos tanquam e fonte aquam provenisse Pocock. p. 193, lacertam deserti eum veracem esse existimasse Marac. p. 44, ovem assatam eum allocutam esse Pocock. spec. p. 194. Marac. p. 38. — lin. 18. Verba صلى الله عليه, quae Mohammedani semper post Mohammedis nomen bene precantes addunt, cum voce سلم lineae sequentis coniungenda sunt tanquam cum eo cohaerentia; sed auctor verbum صلى accuratius descripturus plura adiecit, quibus voces coniungendae separantur. Has preces tales esse dicit, quibus, quum eas proferentem sincere Deum colere [1]) ostendant, homo a poena peccatorum extremi iudicii die liberetur. Verba autem يوخذ بالنواص, dum النواص pro النواصى dictum est, ex Corani loco Sur. 55, 41. desumta sunt. Arabum est opinio, quam a Iudaeis accepisse videntur, die iudicii de bestiis quoque iudicium ferri, ut bestiae cornibus instructae, quae bestias cornibus carentes adflixissent, puniantur conf. l'Alcoran par du Ryer T. I. p. 175. et Sale Coran. Postremo loco familiae Mo-

1) Sur. 112. سورة الاخلاص appellatur. Vox اخلاص autem sic definitur: الاخلاص فى اللغة ترك الرياء فى الطاعات فى الاصطلاح تخليص القلب من شـايبة النشوب المكدر لصفاه قال الفضل بن عياض ترك العمل لاجل الناس رياء والعمل لاجلهم شرك والاخلاص الخلاص من هذين Legentes sciant, me codicem meum librum Tarifat citans semper sequi.

hammedis sociisque bene precatur. — lin. 19. Voces اما بعد, auctorem laude Dei Mohammedisque praemissa, quae a quolibet auctore Arabico in libri initio praemitti solent, ad libri argumentum prodire indicant. Voces autem modo elliptico semper intelligendae sic supplendae sunt: sed post Dei laudem prophetaeque praemissam ad argumentum transeo etc. Deum in omnibus, quae creaverit, signa et miracula aut minus aut magis hominibus clara deposuisse, pluribus Corani locis conf. Sur. 50, 20. 41, 53. 2, 1 sqq. auctor probare studet.

Pag. 2. lin. 4. Versus metrum Motakarib appellatum est conf. Darstellung der Arab. Versk. p. 281 c.; sed, quum rei metricae periti prioris hemistichii pedem postremum abbreviare haud soleant, in libro meo haec species omissa est. — lin. 5. Voces فى وهاد العقول والاكم sunt pro فى وهاد العقول واكمها. Quum auctor miracula et sapientiae effata cum floribus hortorum comparaverit, mentibus hominum valles collesque tribuit. — lin. 6. رعايا السمع والبصر »subditi auditus et visus« sunt ii, qui audiunt et cernunt, ut, si illa monita in usum haud convertant, excusandi non sint. — lin. 10. De voce الحروش dubitare licet, quum lexica taceant. Voci, quae cum voce الجبال »montes« coniuncta sit, significationem cognatam aut modo convenientem habeat, necesse videtur. Quae autem res efficit, ut voci حرش, cuius pluralis حروش sit, loci asperi significationem tribuam. — lin. 14. Vox الشرور quum inter nomina actionis locum habeat, potius nomen actionis, quod in lexicis frustra quaeritur, cum significatione »malum inferre«, quam pluralem cum significatione malorum, esse magis placeret. — lin. 19. Narrationes lepidae et dicta factaque praeclara cum telâ artificiosa et eleganter facta comparata sunt. — lin. 22. Auctor astrologum et medicum dixit, quia astrologi medicinam isto quoque tempore exercuisse videntur conf. p. ٦٣. — lin. 25. Haedum cantasse (conf. p. lv), nec non felem cum mure amicitiam coluisse, hoc in libro invenimus conf. p. ٢٣٤. Vocem الجرذان p. ٣٠ infra et alibi singularem esse videmus.

Pag. 3. lin. 4. Voci مكلفة potius secunda forma est, ut tales designet, quibus a Deo res imposita sit conf. p. ٢ l. 13. — lin. 6. Auctor, ut in Corano parabola inveniri probaret, plures locos ut Sur. 29, 40. 42. 22, 72., quo in loco تدعون loco vocis يدعون legitur conf. Sur. 2, 24. 16, 70. adnotavit. — lin. 8. Voci سبحانه casus accusativus convenit, ita ut verbum laudamus suppleatur. — lin. 12. Ante vocem الايتين vox اقرأ »lege« supplenda est. Corani loci sunt Sur. 33, 72. 41, 10. 22, 18. — lin. 17. Vox تعالى indicat, suffixum in voce اليه ad Deum referendum esse. Quae autem lin. 20. 21. 22 Corani loci adnotati sunt, Sur. 44, 28. 18, 76. 27, 18. 27, 22. inveniuntur. In loco Corani postremo quum verba upupam respiciant, auctor قال فى الهدهد dixit. — lin. 24. Hemistichium metri Thawil appellati est conf. Darstell. der Arab. Versk. p. 161 sqq. Auctor, ut probaret, ab Arabibus eundem loquendi modum in proverbiis adhibitum esse, plura adnotavit. Quem primo loco lin. 24. adnotavit proverbialem loquendi modum, is in Meidanii opere desideratur. Videtur igitur aut serioris temporis aut provinciae proprius loquendi modus. Verba قل لمن ورائى يتركنى ورائى sic vertenda sunt: Ei, qui pone me est, dic: me et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000011

consilium meum sinat. — lin. 25. Prius proverbium apud Meid. T. II. p. 389, posterius autem sic اشجع من ليث عفرين Meid. T. I. p. 692 legitur. — lin. 26. De verbis lepori et lacertae tributis confer Meid. T. II. p. 204 sq. — lin. 30. De proverbio adnotato confer Meid. T. III. P. I. p. 108. — lin. 31. Poeta non revera proverbium versui inseruit; sed nil nisi proverbialem loquendi modum adhibuit. — lin. 31. Versus metri Basith appellati est conf. Darstell. etc. p. 190 A. a.

Pag. 4. lin. 1. Vox تنظير serioris temporis usu comparationis significationem habet lin. 4. Voces مخبر ومنظر, si coniunctae sunt, internam rei conditionem et externam (quae in oculos incurrit) designant. Liber كتاب كليلة ودمنة a beato de Sacyo Parisiis anno 1816 editus est. Bestias fabularum modo loquentes inducens multa utiliaque consilia regulasque dat. Alterius libri, cui titulus سلوان المطاع, a Herbelotio sub voce Solovan mentio facta est. De hoc libro, qui anno 554 Hedj. compositus est, conferas Hadji-Chalif. No. 7227. Tertius denique liber inscriptus est الصامح والباغم »Alta voce et demissa voce loquens«, normam libri Calilah wa Dimnah sequitur, referente Hadji-Chalifa conf. No. 7702. Modus poeticus, quo liber compositus est, ab auctore nostro vehementer laudatur — lin. 7 et 8. In vocibus عتاق generosi equi et عتيقة vetus est lusus quidam verborum in hoc opere saepius occurrens. Considerationem animi cum hippodromo comparavit auctor, in quo libri tanquam equi generosi currant, ut unus alterum merito vincere studeat. Et in linea 9 cogitationes suas cum tali equo comparavit. — lin. 8. Verba لكل جديد لذة proverbialem loquendi modum referunt, qui Meidan. C. 23, 582. occurrit. — lin. 11. De viro ابو المحاسن حسان conferas praefationem huius operis p. XXV. — lin. 14. Versus metri Basith sunt conf. Darstell. etc. p. 191. A. a.

Pag. 5. lin. 1. Auctor vocem قيل, quae proprie reges minores Arabiae felicis designat, adhibuit, ut reges significaret. Voces autem كان et الزمان homoioteleuton efficiunt. lin. 6. شمسى المنظر i. e. Exteriore habitu soli pulchritudine similis erat; اياسى المخبر i. e. Interna animi conditione Ijaso similis. Ijasus b. Moahwijah b. Korra Masenita vir singulari prudentiâ et ingenii acumine erat, ut in proverbium veniret. Tempore Ohmari b. Ahbd-Alahsis n oppido Bazra iudicis muneri praeerat. In proverbio ازكن من اياس est Meid. T. I. p. 593. — lin. 7. Duae voces المنطوق والمفهوم, quae hoc in libro et alibi coniunctae et oppositae inveniuntur, nil aliud significare possunt, nisi res, quae ab aliis ore traditae a nobis discuntur aut mente, dum res cogitatione perscrutamur, intelliguntur. Beatus de Sacyus autem in loco, quem in libro: Anthologie gram. p. 307 ex Ebn-Chalduno adnotavit, voci منطوق significationem sensus proprii verborum dedit, ut مفهوم sensus improprius sit, qui mente percipiatur. — l. 12. Obsequium, quod fratres regi praestarent, cum beneficiis, quibus quisque tanquam praedâ potiri studeret et amorem, quo eum amplecterentur, cum pulchris vestibus, quibus a rege honoris causa ornarentur, comparavit — lin. 14. Metrum versus Thawil appellatum est conf. Darstell. etc. p. 162 b. — lin. 15. In verbis ظهر المجن قلبوا لاخيهم auctor proverbium, quod in Meidanii libro T. II. p. 258 est, hostilitatem significaturus, nec non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000012

in verbis شق العصا discordiam descripturus proverbium, quod ibid. T. I. p. 669, legitur ante oculos habuit; simulque verbis العصا et عصى ludit. — lin. 19. Quum vox تصحيح usu technico numerorum fractorum remotionem, ut vox مصحح numerus sit, quo tales numeri tollantur, significet, voces ترجيح et مرجح quoque sensum technicum artis arithmeticae habere videntur, ut vox مرجح numerus sit, quo unus altero maior fiat et vox ترجيح agendi, modum designet, quo unus altero maior fiat. — lin. 19. Silentio praetereundum non est, vocem الاجتهاد non solum studium diligentiamque significare; verum etiam usu technico studium, quo iurisconsultus responsis famam sibi acquirat et peculiarem sibi doctrinam sequatur, nam verbis مذهب الاعتزال sine dubio doctrinam Mohtaselitarum, qui Wazili b. Atha Alghasali doctrinam sequuntur, inde appellatorum, quod ab Alhasano Albazri recesserant, auctor respicit. Fieri quoque potest, ut verba بوجوب رعاية الاصلح ad quandam Mohtaselitarum doctrinam spectent; legimus enim in Sharistani libro p. ٥٥: وليس الاصلح هو الالذ بل هو الاعود فى العاقبة والاصوب فى العاجل وان كان ذلك موئما مكروها. — lin. 20. In secessu vivere, in proverbiis conf. Meid. T. III. P. 1. p. 334 laudatur. — lin. 22. Verba لتطفر به من سور هذه الدايرة »ut prosiliret cum ipso ex muro huius circuli« mihi sic intelligenda videntur. Mentem obstupefactam suam cum equo comparasse videtur, qui inter muros currens circulum semper describit, ut, quamvis semper currat, tamen eodem semper loco maneat. Ut igitur ab hac inutili et molesta re liberetur, cogitationes suas incitat, quae quasi saltu ex hoc circulo ipsum ad latus ducant. — lin. 23. Verbis ثم اتبع الكتاب »tum librum (Coranum) secutus est« verba Corani Sur. 3, 153. وشاورهم فى الامر »et eos (socios) in re consule« respicit.

Pag. 6. lin. 2. Vox الغمة hoc loco noctem designat, quia moeror cum noctis obscuritate conferri potest. Hanc ob causam auctor ضحاها dixit. Pronomen autem in voce ضحاها aut ad solem aut ad vocem الاستقامة referendum est, quippe status bonus cum sole et die comparari potest. — lin. 7. Pleiadum altitudo in proverbium venit, ut dicatur ابعد من مناط الثريا »remotior quam distantia Pleiadum« conf. Meid. T. I. p. 183. T. III. P. I. p. 38. Difficillima autem sunt verba وان وضع انزل الى الثور »Et si deponeret, ad taurum demisit« i. e. in infimum locum depressit. Pag. 26. lin. 3. locus occurrit, ex quo verbis nostris lux oritur: وطورا يهبطون الغور وينظرون قرن الثور وربما مرقوا منه من تحت الزور »modo decidebant in imum (maris) et cernebant tauri cornu et interdum tanquam sagitta per eum sub superiore parte pectoris transibant.« Mari igitur navigantes quum tempestate vehementissima in imum maris deiicerentur, tanquam tauri cornu cernentes finguntur. Auctor igitur putasse videtur, terram a tauro portari, ut eius cornua in fundo maris conspici possent. In libro doctissimo: Geographie d'Aboulfeda par M. Reinaud T. I. p. CLXXX legimus: d'après une opinion rapportée par Massoudy, mais qu'on fait remonter à Abd-Allah fils d'Abbas et cousin de Mahomet, la terre ne pouvant se soutenir elle-même, Dieu l'aurait placée sur le dos d'un poisson vivant, au milieu des eaux; le poisson serait supporté par un boeuf, le boeuf par un ange, l'ange par un roc et le roc par un vent permanent etc. — lin. 8. Auctor homoioteleuti causa vocem قديم postposuit suffixo omisso. Mutuam autem aequalium

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000013

invidiam cum pediculoso vinculo cervicis comparavit. Ut enim tale vinculum hominem semper cruciat, sic talis invidia efficit, ut homo nunquam quiescat adflictus. Tale igitur vinculum in proverbii consuetudinem venit mulierem pravam designans conf. Meid. T. II. p. 175. — lin. 9. In hac linea sequentibusque auctor pluribus vocibus technicis usus est, quarum definitionem ex libro تعريفات adponere, operae pretium erit, quippe verba Arabica pluribus clariora erunt, quam eadem latine reddita. Vox المعارضة est اقامة الدليل على خلاف ما اقام الدليل عليه الخصم, cuius argumentationis varii modi ibidem exponuntur, ut, qui plura velit, a doct. Fluegelo editum librum inspiciat. Vox المعاكسة inversionem argumenti designat. Vox المناقضة sic definitur: منع مقدمة من مقدمات الدليل — l. 10. Vox استطراد sic definitur: سوق الكلام على وجه يلزم منه كلام اخر وهو غير مقصود بالذات بل بالعرض — lin. 13. Voci وقصّه duplex significatio tribui potest, ut aut cum voce آذاه coniuncta amputationem eius designet aut verbum sit, ut vertatur »et exposuit id« (proverbium). — lin. 15. Metrum versus Thawil appellatum est conf. Darstell. etc. p. 163 c. — lin. 17. دولة مستصحبة »Fortuna constans« Vocis مستصحبة usus technicus in libro تعريفات sic explicatur: الاستصحاب عبارة عن ابقاء ما كان على ما كان عليه لانعدام الغير وقيل الاستصحاب للحكم الذى يثبت فى الزمان الثانى بناء على الزمان الاول وقيل استصحاب الحال هو التمسك بالحكم الثابت فى حالة البقاء Voces نعمة غير مترقبة »beneficium haud exspectatum et speratum«, ni fallor, proprius loquendi modus sunt; auctor enim praemisit verba كما قيل — lin. 19. Metrum versus Camil appellatum est conf. Darstell. etc. p. 212. 217 sq. — lin. 25. Verba يتقلب فى الطرد ما يوجب usum technicum habent. Vox طرد in libro تعريفات sic explicatur: الحكم بوجود العلة وعكسه طرده; vox عكس autem sic definitur: العكس فى اللغة عبارة عن رد الشى الى سننه اى طريقه الاول مثل عكس المرات اذا ردت بصرك بصفائها الى وجهك بنور عينك وفى اصطلاح الفقهاء عبارة عن تعليق نقيض الحكم المذكور بنقيض علته المذكورة ردّا الى اصل اخر كقولنا ما يلزم بالنذر يلزم بالشروع كالحج والعكس ما لم يلزم بالنذر لم يلزم بالشروع فيكون العكس على هذا ضدّ الطرد Qui autem scire cupit varios huius rei modos, librum Fluegeli evolvat. — lin. 29. Dicens فطيرهم الى الافاق »tum eos in regiones tanquam aves emisit«, auctor morem epistolas per columbas in regiones dissitas mittendi respexit, qua de re Egyptius Michael Sabbagh libellum Parisiis cum titulo »La colombe messagère plus rapide que l'eclair an. 1805 edidit.

Pag. 7. lin. 1. Signum homoioteleuti post vocem مكانا delendum est; sed in vocibus مكانا et زمانا homoioteleuton in phrasibus praeter homoioteleuton in fine esse scias, ut cum versibus, quibus duplex homoioteleuton ذات القافيتين est, qui ornamenti modus توشيح appellatur, conferri possit conf. Darstellung etc. p. 419. — lin. 7. In voce المتصرفين auctor ob vocem النقد »pecunia parata« vocem صيرفى »numularii« ante oculos habuisse videtur, ut verbo تصرف »agendi modo numularii« significatio quoque tribuatur. — lin. 8. In vocibus يشنف سمعه sciendum est, Arabes verba pulchra cum inauribus, quibus aures ornentur, comparare. — lin. 10 sq. Enunciandum potius est احسان والطاف — lin. 12. 13. Primum notandum est, auctorem vocibus كرة et صولجان utens ludum respicere, in quo

ope clavae ligneae صولجان appellatae sphaera كرة appellata propellitur. In verbis وفى بيان معانيك بديع بيانه auctor verbis ludens artem rhetoricam respicit. De voce البيان conferas pag. 1. Ars rhetorica tribus partibus continetur 1) علم المعانى conf. Almookthuzur p. ۴۴ 2) علم البيان. Almohthuzur p. 393. 3) علم البديع. Almookthuzur p. 567, quâ scientiâ omnia verborum ornamenta tam sensus quam vocum explicantur. In sequentibus ولسان فصاحتك artem loquendi comparavit cum arte, qua in ludo ope clavae capite incurvato instructae equitantes pilam ligneam impellunt. Quomodo autem voces فصاحة et بلاغة distinctae sint, e libro تعريفات discendum est. Vox الفصاحة in libro تعريفات sic definitur: الفصاحة فى اللغة عبارة عن الابانة والظهور وفى المفرد خلوصه عن تنافر الحروف والغرابة ومخالفة القياس وفى الكلام خلوصه عن ضعف التاليف وتنافر الكلمات مع فصاحتها احترز به عن نحو زيد اجلل وشعره مستشرزات وانفه مسرّج وفى المتكلم ملكة يقتدر بها على التعبير عن المقصود بلفظ صحيح conf. Almookthuzur p. 16 sqq. Vox البلاغة autem sic: البلاغة فى المتكلم ملكة يقتدر بها على تاليف كلام بليغ فعلم ان كل بليغ كلاما كان او متكلما فصيح لان الفصاحة ماخوذة فى تعريف البلاغة وليس كل فصيح بليغا البلاغة فى الكلام مطابقته لمقتضى الحال المراد بالحال الامر الداعى الى المتكلم على وجه مخصوص مع فصاحته اى فصاحة الكلام Almookthuzur p. 17. — lin. 14. In verbis وحسر طرف لثامه وبادر الارض بالتثامه auctor, ut luderet verbis لثامه et التثامه, vocem لثام »velamen oris« quod proprie mulierum est, in viro adhibuit. Sensus est: Remoto extremo velamine oris, in terram se celeriter proiiciens caput ita depressit, ut terra ipsi loco velaminis esset. Simul quoque osculandi significationem in voce التثم cogitasse videtur, nam moris erat coram rege terram osculari conf. Abulf. Adn. T. III. p. 161. IV. p. 379 adn. 268. — lin. 15. Quos auctor varios gradus, quibus quis bona consilia in usum suum convertit, protulit, ii sine dubio ex cuiusdam doctrina desumti sunt. Quam autem vox الاخلاص significationem habeat, pag. 1. vide. — lin. 20. Verba بترك السمعة والريا vertenda sunt: ita ut nulla sit ratio eius, quod homines rem audiant et videant. Verba ثم لتتحط العلوم الرجيحة vertenda sunt: »Bene cognoscat excellens (regis) mens.« Excellentes, praeponderantes scientias regi, ut eius benevolentiam captaret, tribuit. النصيحة sincerum monitum, quatenus sincerum monitum est. — lin. 24. Locus, quem e Corano adnotavit, Sur. 40, 44. 45. invenitur. — lin. 28. Versus metri Thawil est conf. Darstell. etc. p. 163 c. — lin. 30. Modum, quo a Deo homini plures indoles datae sunt, auctor cum monili lapidibus pretiosis facto, comparavit. Mentem autem hominis coronam appellat, cuius pretiosissima unio bona indoles sit.

Pag. 8. lin. 1. Verba وانك لعلى خلق عظيم in Corano Sur. 68, 4. leguntur. — lin. 2. Vox الثقلان, qua homines daemonesque designantur, e Corano Sur. 55, 31. desumta est. — lin. 4. Mohammedem صاحب التاج والقضيب »possessorem coronae et baculi« appellavit, quod ei regiam dignitatem tribuit et Mohammedes baculo utebatur conf. De vita Mohammedis Gagnier p. 154 adn. — lin. 5. يتمسك باذيالها الطيب »cuius (precationis) lacinias odoramentum tenebat« Precationem igitur cum vestimento laciniâ instructo comparavit. Vocem متمسك adhibens voluit, ut legens odoramentum pretiosum مسك appellatum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000015

cogitaret. Hisce quoque precibus auras lenes tribuit, quibus ramus mollis moveretur. — lin. 6. Verba الا اخبركم . . . . . قريب Mohammedis sunt, quae inter traditiones locum habent. Sic quoque, quae lin. 6 seq. narrata sunt, inter traditiones locum obtinuere. — lin. 10. Verba الناس على دين الملوك »homines religionem regum sequuntur«, in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. II. p. 798. — lin. 13. Voci طاقة hoc loco duplex est sensus fenestrae et potestatis. — lin. 17. Monti in proverbio firmitas tribuitur conf. Meid. T. I. p. 274. 575 et torrens impetuosius proruit T. II, 191. — lin. 20. Vox الخراج reditus, qui ex fundis proveniunt, designat. Vox الفيء in libro تعريفات sic definitur: الفيء ما رده الله تعالى على اهل دينه من اموال من خالفهم فى الدين بلا قتال اما بالجلاء او بالمصالحة على جزئية او غيرها والغنيمة اخص منه والنفل اخص منهما — lin. 23. Locus Corani legitur Sur. 25, 67. — lin. 26. Mandatum scriptum regis esse super verticibus capitum filiorum temporis, auctor dixisse videtur, quod legati regis epistolam aut diploma super capitibus portare solebant. Tale autem mandatum cum Dei decreto, quod semper perficitur, auctor comparavit. Ut autem lectores, quale Dei decretum sit ex Arabum sententia, cognoscant, ex libro تعريفات vocis definitionem adponimus: القضاء عبارة عن الحكم الكلى الالهى فى اعيان الموجودات على ما هى عليه من الاحوال الجارية فى الازل الى الابد — lin. 28. Voces زيد وعمرو »Saidus et Amru«, quas Arabum grammatici in exemplis adhibere solent, hoc loco unum quemque designant. ibid. Ex eo, quod auctor voces القضاء والقدر coniunxit, videre licet, unam vocem ab altera diversam esse. Quae sit vocis القضاء significatio antea vidimus. Vox القدر in libro تعريفات sic definitur: تعلق الارادة الذاتية بالاشياء فى اوقاتها الخاصة فتعليق كل حال من احوال الاعيان بزمان معيّن و سبب معين عبارة عن القدر — lin. 29. Auctor, quum decreta divina cum sagittis comparaverit, astutiam humanam cum clypeo et cautionem cum lorica contulit. — lin. 32. Sagittam emissam ad crenam redire, rebus, quae fieri non possunt, in proverbiis adnumeratur Meid. T. I. p. 359.

Pag. 9. lin. 2. Anurschirwan vel Nuschirwan filius Cobadi nomen regis Persarum sapientiâ clari est. Vixit tempore, quo Mohammedes natus est. confer Herbelot bibliotheque Orientale sub voce Nouschirvan. — lin. 6. In verbis خبركان duplex sensus est »haud multum abfuit, quin intraret in narrationem, eum exstitisse aut quin intraret in praedicatum verbi كان (sensu grammatico) conf. de Sacy Gram. Ar. T. II, p. 101. 576. — lin. 11. Verbis مقوله قريب من المعقول dicere vult auctor, quamquam habena (i. e. res, quae mente caret) loquatur, tamen sensum verborum eius intellectu percipi posse. — lin. 13. Verba ومن اين ومن اين »et unde et unde?« ellipsin continent, ut sensus sit: et unde mihi resistendi facultas erit? — lin. 14. Poenam cum conditione servi comparavit, e qua liberatus est. — lin. 21. Bonum et sincerum monitum, quum audienti ingratum esse soleat, auctor cum re aspera et amara, tum cum re ardente, quae in intestinis homini dolorem faciat; patientiam autem, qua excipitur, cum re frigida, qua dolor ardens in intestinis lenitur, auctor comparat. — lin. 27. In Corani capite 27 v. 19 legimus, Salomonem formicarum loquelam intellexisse et ibidem v. 40 Salomonis Veziri آصف بن برخيا in commentario mentio fit; sed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000016

in Corani commentario Beidhawii Salomonem formicam consuluisse haud legi conf. p. 251 l. 8 — lin. 28. Verba اجيرا لصياد السمك „mercenarius piscatoris.“ Talis mercenarius quum parum mercedis accipiat, pauperem significaturus in proverbii consuetudinem venit; sed, quum loquendi modus in Meidanii opere haud inveniatur, aut seriore tempore ortus aut regioni proprius videtur. Salomonem per quadraginta dies imperio privatum fuisse, Sur. 38 v. 33 in Beidhawii commentario legimus.

Pag. 10. lin. 3. Auctor iustitiam regis cum vestimento comparavit, cuius margo diversi coloris iniustitia esse haud possit. — lin. 4. Dierum folia eorum facta praeclara complectuntur i. e. In libris historicis facta eorum praeclara descripta sunt. — lin. 6. Versus metri Wafir appellati sunt conf. Darstell. etc. p. 203 A et p. 206. — lin. 8. Solitudinem cum persona contulit, cuius laciniae adhaerere vult. — lin. 9. Verba الاراء الشريفة „consilia nobilia“ id designant, quod rex decernit. Voci طور, quum voci بحور, quae generalem significationem habeat, opposita sit, generalis montis significatio tribuenda est. — lin. 13. لزمنى انا. Si pronomen post suffixum, ut vis sermonis augeatur, repetitur, pronomen repetitum formam nominativi semper habeat necesse est conf. de Sacy Gram. Ar. T. II p. 375 ibid. Vocem وثيق adhibuit sine dubio auctor, ut homoioteleuton cum priore طريق المروءة constituatur. Vox وثيق hoc in loco pro عقد وثيق „pactum firmum“ dicta videtur aut وثيق الاخوة est pro الاخوة الوثيقة. In duabus phrasibus singulae voces homoioteleuto concordant. — lin. 14 sq. Proverbiales loquendi modi sunt. — lin 15. Corani locum, quem auctor adnotavit Sur. 28, 35 invenimus — lin. 16. Versus, cuius metrum Thawil appellatum est, conf. Darstell. etc. p. 162 b. 172, auctor Miscin Aldaremi est, qui initio Islami natus tempore Ferasdaki vixit. Voces اخاك اخاك in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. I p. 28. — lin 17. Viri الضحاك appellati vita in Ebn-Challikani opere No. 304 describitur. Vir cum gente Kais pro Ahbd-Allaho b. Sobair contra Merwanum dimicans anno Hedjrae 64 occisus est. Ibid. Auctor verbis للحديث القديم ludit; vox enim للحديث historiam traditione conservatam nec non novum designat, ut novo vox القديم vetus opposita sit. — lin. 24. Vox مهتر, homoioteleuti causa مهتار scripta, Persicae originis supremum cubicularium designat. — lin. 27. Pro voce دار legendum videtur ادار.

Pag. 11. lin. 1. Ob homoioteleuton vocem وراحوا, quae cum voce وغدوا coniungenda erat, postposuit auctor. — lin. 4. Voces طالع نحس cum Arabum opinione cohaerent, e siderum quorundam ortu hominum fortunam infortuniumque pendere. Saturnus et Mars planetae sunt, quibus infortunia tribuuntur, quapropter cognomen النحسان (infelicium) gerunt. De vocibus طرد et عكس confer pag. 6. — lin. 11. In libro تعريفات animarum species distinguuntur. النفس الانسانية anima humana sic definitur: هى كمال اول لجسم طبيعى آلى من جهة ما يدرك الجزئيات امور الكليات ويفعل الافعال الفكرية. Vox الشهوة sic definitur: حركة النفس طلبا للملائم. Vox الحيوان sic definitur: الجسم النامى الحساس المتحرك بالارادة. In nostro autem loco voce الشهوة الحيوانية sine dubio libido designatur. — lin. 13. Voce جوانحها (costae eius) auctor id significare vult,

quod costis inclusum est ut cor. — lin. 26. In Corani loco Sur. 15, 52 vox وَجِلُوا occurrit. — lin. 28. Metrum versus Wafir appellatum est conf Darstell. etc. p. 204. A.

Pag. 12. lin 1. Metrum versus Basith appellatum est conf. Darstell. etc. p. 195. — lin. 3. In verbis اشكلت منها الخلاص وجوه التى duplex sensus esse potest, ut vertatur: quarum liberationis facies nigrae sunt aut modi, quibus ex iis liberemus, dubii sunt Ibid. Verbis استاصل شافة auctor proverbium rescipit. In Meidanii opere legitur quidem: استاصل الله عرقاته. „Deus radicem eius omnino evellat!“; sed in Scharaf-Aldini Samachschariique operibus loco vocis عرقاته legitur شافته „ulcus eius“ conf. Meid. T. I p. 103. — lin. 8. Vox المناظرة usu technico adhibita in libro تعريفات sic definitur: النظر بالبصيرة من الجانبين بين الشيئين اظهارا للصواب. — lin. 10. Vox البحث usu technico adhibita sic definitur: البحث اثبات النسبة الايجابية او السلبية بين الشيئين بطريق الاستدلال. — lin. 12. In hac linea et sequentibus artem ostendere vult, qua adversarius in disputando uti possit, ut rem, quam alter affirmet, tanquam haud veram neget. Hac autem re a disputando se haud deterreri dicit, quum in bono consilio, quod daturus sit, officium sequatur. Auctor multas voces technicas adhibuit. Vox المعارضة usu technico adhibita explicata est. De voce المعاكسة conferas vocem عكس pag. 6. De voce مناقضة confer pag. 6. — lin. 13. De voce الفصاحة conf. p. 7 ibid. Vox السلب usu technico adhibita sic definitur: السلب انتزاع النسبة — lin. 16. Vox التحقيق usu technico adhibita sic definitur: التحقيق اثبات المسئلة بدليلها. Talem autem rem auctor cum puella a virorum adspectu defensa comparavit, cuius velum, ut dubium removeatur, argumentatione tollitur. — lin. 18. Voces عين اليقين sic definiuntur: ما اعطته المشاهدة والكشف; est igitur res, quae claro modo intelligitur. Verba لا اكراه فى الدين „nemo in religione contra voluntatem suam cogitur“ aut Mohammedis traditione conservata aut alius esse videntur. — lin. 19. Vox الاصطناع hoc in loco ob vocem الملاطفة, quacum coniuncta est, significationem adulandi et simulatione utendi, quae tertiae verbi formae propria est, habere videtur. Sed artificiose agendi rationis quoque significatio loco convenit conf. p. 65. — lin. 23. Verbis المنهج المستقيم auctor verba Corani الصراط المستقيم, quae pluribus locis occurrunt, imitatus est. — lin. 27. In verbis ثعلب فكل فى الروغان اروغ من ثعالة proverbium „astutior quam vulpes“ auctor respexit Meid. T. I p. 577. In proverbio اعدى من اسد non dicitur; sed dicitur: اعدى من الذئب „Iniustior, quam lupus“. — lin. 28. Verba الناس بزمانهم اشبه منهم بآبايهم „Homines tempori suo similiores quam parentibus sunt“ proverbiis recentioribus adnumerantur conf. Meid. T. II p. 798.

Pag. 13. lin. 2. Voci الفراسة, quae cum voce الفضل coniuncta sit, sagacitatis significatio tribuenda est. Si usu technico adhibetur, eam sic definiri invenimus: الفراسة فى اللغة التثبت والنظر وفى اصطلاح اهل الحقيقة هى مكاشفة اليقين ومعاينة القلب. — lin. 3. Versus metri Thawil appellati sunt conf. Darstell. etc. p. 161 sq. — lin. 4. Versus metri Camil appellati est conf. Darstell. p. 211 A. a et p. 217. — lin. 5. Ardeschir b. Babec primus Sasanidarum rex in Persia erat, qui anno Christi 239 diem obiit conf. Herbelot Bibl. Orient. sub voce Ardschir. Vox اتابك proprie patrem dominum linguâ Turcicâ designat et postea

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000018

titulus honoris erat, qui primum a Malikschaho Veziro Nitsam-Almulc datus est. De Atabekarum familia, quae Mosulae Halebique imperium tenebat, hoc loco cogitandum non est. Auctorem autem Persarum regem Atabecum appellasse, haud placet. — lin. 6. Proverbium Arabicum, quod in Meidanii opere T. I p. 179 legitur, paulo diversum est: بعض القتل احيى للجميع. „Quaedam caedes omnibus vitam conservat.“ — lin. 7. Versus metri Basith appellati est conf. Darstell. etc. p. 189 sqq. — lin. 8. Corani locus, quem auctor adnotavit Sur. 2, 175 legitur. — lin. 9. Kabus b. Waschmegir Persarum rex anno 387 Hedjr. imperio potitus est conf. Herbelot sub voce Cabus et cl. Wüstenfeldi Arab. Aerzte p. 67. — lin. 10. Auctor vocem جبذوا adhibuit, quod obsequium cum vinculo comparavit, quo manus constrictae erant. — lin. 11. Auctor verbum سبك sine dubio ob perfectum verbi سفك homoioteleuton adhibuit, nam significatione sua minus apta est. — lin. 13. الغرماء debitores hoc loco ii sunt, quorum sanguis ei deberetur. — lin. 16. De voce تنظير conferas pag. 4. — lin. 20. Tempus cum corpore comparatur, cuius temperamentum ita mutatum est, ut conditio sana cesset. In libro تعريفات vox المزاج sic definita est: كيفية متشابهة يحصل من تفاعل عناصر متعنصرة الاجزاء المماسّة بحيث تكثر سورة كل منها سورة كيفية الاخر. — lin. 21. Versus metrum Monsarih appellatum est conf. Darstell. etc. p. 254. 256 sq. — lin. 23. Auctor consilia improba cum pullis ex ovis prodeuntibus comparavit, quae diabolus in cerebro hominum posuerit. — lin. 25. Quomodo versus, cuius metrum Thawil est conf. Darstell. etc. p. 161, cum prioribus sensu cohaereat, haud liquet. In eo animal tantopere emaciatum, ut eius renes per latera appareant, describitur. Quae autem animalis conditio causa erat, ut pauperes, quum fore, ut minimo pretio venderetur, sperarent, pretium interrogarent. Fieri potest, ut tempus aut dignitas regia cum tali animali comparatum sit. — lin. 26. Locus, quem auctor ex Corano adnotavit, Sur. 4, 119 legitur.

Pag. 14. lin. 1. Auctor hoc loco duo verba برطل et ارشا adhibuit a nominibus برطيل et رشوة derivata, quibus dona significantur, quae aut ex officio aut sponte iudici dantur. Duas autem voces coniunxit significaturus, prophetas iudici supremo (Deo) nullum donum, qualecunque sit, dedisse, ut munus legati acciperent. — lin. 2. Auctor aut errans aut homoioteleuti causa رسالاته, pro رسالته dixisse videtur, nam sic in Corani loco Sur. 6, 124 egitur. — lin. 4. Proverbium est: ظل السلطان كظل الله. „Regis umbra ut Dei umbra est“ conf. Meid. T. III P. 1 p. 311. — lin. 5. Voces فرض et نفل res lege praescriptas necessario observandas et res spontaneas designant. In libro Tarifat vox الفريضة sic definitur: هو فى اللغة التقدير وفى الشرع ما ثبت بدليل مقطوع كالكتاب والسنة والاجماع وهو على نوعين فرض عين وفرض كفاية ففرض العين ما يلزم كل واحد اقامته ولا يسقط عن البعض باقامة البعض كالايمان ونحوه وفرض الكفاية ما يلزم جميع المسلمين اقامته ويسقط باقامة البعض عن الباقين كالجهاد وصلوة الجنازة. Vox نفل autem sic definitur: النفل فى الشرع اسم لما شرع زيادة على الفريضة والواجبات وهو المسمى بالمندوب وهو المستحب والتطوع ibid. Locus ab auctore e Corano adnotatus Sur 4, 62 invenitur; sed ibi legitur: واولى الامر منكم. — lin. 7. Vocis للحاشمة hoc in loco significatio dubia est. Mihi lenem iram, quam rex peccanti ostendere debet, designare videtur;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000019

eam cum venia, quae peccanti datur et generose agendi modo coniuncta est. — lin. 8. Vox تحيل seriore tempore a voce حيلة derivata, modum agendi designat, quo quis astutum se ostendit. — lin. 10. Vocibus وفى البواطن امراض auctor Corani locum Sur. 2, 9 فى قلوبهم مرض „in animis eorum morbus“ respicit. — lin. 24. Vox البرج, quae de signis Zodiaci adhibetur, hoc loco ab auctore cum sole haud accurate coniuncta videtur. Vox السُّرْج homoioteleuti causa pro السُّرُج est. — lin. 18. Verba اذا تغير etc. proverbialem loquendi modum redolent — lin. 19. Bihram-Djur Persarum rex erat huius nominis sextus princeps, filius Jesdedjerdi, qui tempore Nohmani filii Amru-l'Kaisi imperium exercebat conf. Herbelot Biblioth Orient. s. v. Baharam. — lin. 20. Vox ايد duplici modo intelligi potest; est enim aut singularis ايدٌ potentia aut pluralis a singulari يد derivandus manus: ut ذو ايد „possessor manuum“ potentissimum designet. — lin. 23. In verbis جنات تجرى من فوقها الانهار verba Corani Sur. 4, 60 auctor respicit; sed, quum in Corani loco paradisus describatur, verba من تحتها in verba من فوقها mutarentur, necesse erat. Hic loquendi modus in arte rhetorica اقتباس appellatur. Fluctus autem cum equis certantibus, qui in hippodromi loco currunt, comparati sunt. — lin. 30. Vox قد, si unius personae staturam designat, vix pluralem habere potest; sed auctor voci sine dubio homoioteleuto commotus pluralis formam dedit — lin. 31. In voce ورودها duplex significatio est, ut aut tanquam nomen actionis vertatur adventu suo aut tanquam pluralis apud rosas earum. Vox ماست autem puellarum incedendi modum designat, quo iactato corpore gratiam ostensurae incedunt, nam, quum velato sint corpore, alio modo placere student.

Pag. 15. lin. 1 et 2. Verba اذا هم usque ad والضروع homoioteleuto carent. Cuiusdam docti verba esse videntur. — lin. 3. Actiones generosas cum locis, ubi pecus libere pascitur (مسارح) auctor comparavit. — lin. 8. Quum in epulis strata et pulvinaria in solo ponantur, in quibus discumbant, auctor بسط بساط النشاط simul verbis ludens dixit. — lin. 10. Versus metrum Wafir appellatum est conf. Darstell etc. p. 204. — lin. 12. Verbis مغازلة الغزلان ludens blandientium et iocantium feminarum pulchrarum, quae cum dorcadibus comparantur, sermonem descripsit. — lin. 13. فى شطحاتها. Verbum شطح cum derivatis seriore aetate adhibitum est, quod duobus locis in libro hoc conf. p. 102 et in altero auctoris nostri opere, Vita Timuri T. I p 232 ed. Mang, occurrit. Statum hominis designat, quo est, qui satis bibit. Pluralem autem haud bene adhibuisse videtur auctor. Conditio qua quis plenus vini; sed non omnino ebrius est, efficit, ut quae cogitet, libere loquatur. Est quoque proverbialis loquendi modus: الخمر يظهر ما فى قلب الانسان „Vinum id, quod in hominis animo est, ostendit“ Meid. T. III P. 1 p. 140. — lin. 16. Verba الشراب vinum etc. proverbialem loquendi modum redolent. — lin. 18. Metrum versuum Basith appellatum est conf. Darstell. etc. p. 190 A. a. Posterioris hemistichii verba significant amore captum nil velle nisi audire et videre. — lin. 21. Versus, cuius metrum Wafir appellatum est conf. Darstell. etc. p. 203, sic vertendus est: Omne lenocinium pro fratre aut amico, dum donum haud accipitur, virtus est putanda — lin. 23. 24. Versus, quorum metrum Monsarih appellatum est conf. Darstell. etc. p. 254. 256 sq. sic vertendi sunt: Non est is, qui versus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000020

componit, loco viri habendus, qui lenocinium facit; nam virorum elegantium sermonem audi: Hic litteras coniunxit; sed illius animus excelsus est, nam socios coniunxit. — lin. 25. Num Magorum doctrina permittat, ut sponsae innocentia laedatur, nescio. Hisce autem verbis viri agendi rationem, quae moribus Arabum contraria esset, excusavit. De Magis confer Herbelotum s. v. Magius et Sharestani p. ١٨٣. — lin. 26. Voces ربيبة الحسن والاحسان vertendae sunt: Ovis in domo educata pulchritudinis et beneficentiae. — lin. 30. Voce كناس usus est auctor, quod feminae pulchrae cum dorcadibus comparantur, confer Hamâsae locum sub voce d o r c a s in appendice citatum. Vox تعودى e particula ان pendet.

Pag. 16. lin. 1. Verba فذاك منك واليك consequentem partem verborum فان رايت constituunt et sic vertenda sunt: Id a te prodit et ad te redit i. e. in tua potestate positum ad neminem pertinet. — lin. 3. Vox السيف cum voce لحظها sensu coniungenda est. Staturam erectam cum lancea, intuitum cor vulnerantem cum gladio auctor comparavit. Postea intuitum fractum مكسور appellavit, quod intuitus nictu abrumpitur. — lin. 6. Metrum versus Wafir appellatum est conf. Darst. etc. p. 204 — lin. 7. Loco هذا القرية sine dubio هذه القرية legendum est. — lin. 8. Vox خوند Persicae originis dominum designat. Dubito, num auctor voci significationem dominae, ut suffixum cum ea coniunctum sit, (id quod voci جنده conveniat) dederit, uxorem suam dicturus, an addita litterâ ة femininum formaverit. — lin. 13. Vox طلبناه, quamquam verbum duplicem accusativum haud regit, tamen cum vocalibus passivi enuncianda est. — lin. 16. Loquendi modus ما احلا وما امر quem auctor cum sensu affirmativo adhibuit, saepissime cum sensu negativo adhibetur. — lin. 17. In verbis عدل السلطان etc. proverbialis loquendi modus est c o n f. Meid. T. III P. 1. p. 323. — lin. 20. Locus Corani adnotatus legitur Sur. 3, 153. — lin. 21. Locus alter Corani est Sur. 6, 164. — lin. 26. Homoioteleuti causa vox الفكر tanquam pluralis forma enuncianda est.

Pag. 17. lin. 6. Auctor solem cum praecone comparans, qui ad preces faciendas convocat, indicavit, tempore, quo sol occidat, preces faciendas esse c o n f. cl. Weil Mohammed p. 70 adn. — lin. 11. Verba يوم عصيب e Corani loco Sur. 11, 79 desumta sunt. Infortunium, quo, ne a lupo laceraretur, timeret, auctor cum lanio comparavit. — lin. 14. Versus, cuius metrum Thawil est c o n f. Darstell. etc. p. 162, in Hamasae opere p. 33 legitur. — lin. 15. Haedus modo, quo subditi reges adire solebant, terram osculans (c o n f e r p. 7 et Abulf. Annal. T. V p. 338) lupum alloquitur. Vox جناب „latus“ titulus est, quo seriore tempore reges nobilesque alloqui solebant. — lin. 19. Vox مستناجع locum, ubi quis bene se habet et pinquis evadit aut (idem quod مننتجع) locum, ubi pabulum quaerentes subsistunt, significare potest. — lin. 21. Abu-Ishak Ibrahim Almauzeli musicus celeberrimus erat Persicae originis, qui Cufae anno 125 natus, Bagdadi anno 188 aut, quae est aliorum sententia, anno 213 diem supremum obiit — lin. 22. Duo erant musici nomen Mahbad gerentes, unus tempore Alwalidi b. Iasid regnantis anno 125—126, (Abu-Ahbbad filius Wahbi Medinensis conf. Librum Cantilenarum magnum ed. cl. Kosegarten p. 13), qui Damasci coram Alwalido frequenter

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000021

cecinit, alter in aula Harun-Alraschidi canens et البقطيني cognomen habens. Quamquam prior celebrior est, tamen hunc cogitavisse videtur auctor, quippe cuius simul cum Abu-Ishako apud eundem regem canente mentionem fecerit. — lin. 25. Voce نبيذ succus e dactylis expressus, quem licitum putabant Mohammedani minus severi, designatur. — lin. 27. Versus, cuius metrum Wafir (conf. Darstell. p. 203), sic vertendus est: „Passer viscerum amat locustam sicut agnus Abu-Djoahdam (lupum) amat" sensus difficultate haud caret; nam dicendum fuisse videtur „ut passer locustam amat sic lupus agnum amat" i. e. amans eum vorat; sed auctor fortasse sensum invertit, ne lupus causam cognosceret, cur haedus hunc versum recitaret. Verbis عصفور للحشا eodem modo usus est, quo نقت عصاقير بطنه dicere solent. — lin. 29. Auctor verba عجبا وعجبا coniunxit quemlibet admirandi modum significaturus. — lin. 30. Hac in pagina et in sequentis initio plura vocabula adbibuit auctor, quae ex arte musica desumta sunt. Quae ut legentibus explicarem, ea, quae cel. Kosegartenus in Libro magno cantilenarum Alii Ispahanensis doctissime quidem; sed pluribus fortasse obscure de Arabum arte musica in prooemio p. 5—193 disputavit, perlegi. Nil paene ibi inveni, quod explicaturo mihi usui esset, hanc sine dubio ob causam, quod in omnibus, quae adtulerit, Alfarabium philosophum Arabum clarissimum sequeretur. Qui vir quum Arabum cantilenas explicare tentaverit, ita ut artem Graecam in Arabum cantilenas transferret, Graecorum voces technicas adhibens, num recte fecerit, dubitare licet, quippe Arabum cantilena, nisi me omnia fallunt, toto caelo a Graecis discreparent. Cuius viri explicandi modum quamquam scriptores post eum viventes potissimum secuti esse videntur, tamen dubio caret, veteres Arabes cantilenarum modum artemque non tam a Graecis, qaam a Persis didicisse. Quis autem est, qui dubitet, ab Arabibus in oppido Hira cantilenarum modos a Persis canentibus auditos esse. Arabes ut alias res sic artem canendi a Persis iam ante Mohammedem ibi didicisse, quid est, quod negemus. Thowaisum quendam in oppido Medina a Persis auditos cantilenarum modos primum cecinisse legimus conf. Kosegarten p. 11 et Meid. T. I. p. 463. Ex cl. Kosegarteni libro didici, citharam Arabum antiquiorem a recentiore diversam fuisse ita, ut illa quatuor tantum chordas haberet, haec quinque unâ additâ للحاد acutissimo sono praeditâ conf. p. 39 et 45. Inde sequi videtur, auctorem libri nostri citharam antiquiorem in linea 30 describentem ante oculos habuisse, quippe qui chordam gravissimam بم chordae inferiori زير opponeret, verbis utens فارفع صوتك „et tolle vocem tuam!" Quid autem lin. 32. verba هذا فى اوج للحسينى . . . . . وليكن significent, accurate definire haud ausus sim. In prioribus vidimus, lupum velle, ut haedus sonos gravissimos in acutissimos mutaret, et, quum postea voce Persica اوج (altitudo) usus sit, vocibus اوج للحسينى modum canendi significari, qui voce acutissima fiat, vix dubitare licet.

Pag. 18. lin. 1. Verbis وخرج من دايرة للحجاز الى العراق „et exiit e circulo Hidjasi in (circulum) Iracae" significare videtur auctor, haedum modum canendi laetum reliquisse et transiise in modum tristem, ut pastor statum tristem haedi periculumque cognosceret; id quod nos dicimus, eum e modo, quem Dur vocamus, in modum Moll appellatum transiisse. Certo

autem quum sciamus, artis metricae inventorem Chalil b. Ahmed appellatum (nat. anno 100 mort. annno 190 aut 175) librum de cantu (كتاب النغم) composuisse, eum modos musicos eodem modo, quo metra in circulos distribuisse, quis negabit, quippe modos musicos cum metris arcte cohaererent (conf. libr. meum; Darstellung der Arab. Verskunst p. 147 sq.). Hunc quoque virum celeberrimum seriore aetate viventes scriptores in modo, quo modos musicos explicarent, imitatos esse puto. Haec sine dubio est causa, cur auctor noster verbis دايرة الحجاز et دايرة العراق (vox enim دايرة ante vocem العراق supplenda est) usus sit. Fieri quoque potest, ut vocibus دايرة الحجاز Arabum canendi modos, vocibus دايرة العراق Persarum modos significare voluerit. Voces الطامة الكبرى, quibus extremum iudicium designatur, e Corani loco Sur. 79, 34 desumtae sunt. — lin. 3. Versus metrum Hedjes appellatum est conf. Darstell. p. 226. — lin. 4. Vox السماع aut cum vocali Fatha auditus aut cum vocali Kesra musica enunciari potest. — lin. 5. Sensus verborum فراى الغنيمة فى النجاة, cum verbis proverbii من نجا براسه فقد ربح „Qui caput suum e periculo liberat, is lucro potitus est“ cognatus est conf. Meid. T. II p. 661. — lin. 7. Verbis: manus edit ob poenitentiam, auctor maximam eius poenitentiam indicare vult. — lin. 8. Duo vocabula Turcica سماط „mensa, epulum“ et قبز pro قپوز, nomen instrumenti musici, adhibuit auctor. — lin. 9. Vox المثالث tertiam citharae chordam et المثانى secundam chordam designat. — lin. 10. Verba يحرق ضرسه وناب proverbiali loquendi modo similia sunt: انه ليحرق على الارم. „Multum contra me dentes molares fricat“ Meid. T. I p. 54, quocum proverbialis loquendi modus هو يقرع سن نادم. „Fricat dentem poenitentis conferendus est“ conf. Meid. T. II p. 849, quorum prior hominem iratum esse, posterior poenitentiam agere significat. — lin. 12. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. Littera Alif in fine homoioteleuti causa addita est ib. p. 315. lin. 13. De voce تنظير confer p. 4. 13. ibid. In voce الاصول duplicem significationem video aut radicum i. e. maiorum, a quibus quis originem ducit aut dogmatum fundamentalium — lin. 13. Voces منقول et معقول hoc loco significationem technicam habere videntur; sed, quae vocis منقول in libro Tarifat inscripto adnotata est, ea hoc in loco admittenda non est. In libro hocce p. ٨٠ l. 25. duae voces النقل et العقل coniunctae sunt, ita ut vox النقل legem homini translatam, vox العقل mentem, ingenium homini insitum designet. Vox معقول igitur id est, quod mente intelligitur, vox منقول id quod lege divina cognoscitur conf. p. ٨١. — lin. 15. Proverbium, quod, ab eo conclusionem derivans, signum, vexillum علم appellavit, Meid. T. II p. 665 legitur. Conclusio verbis من ثم يشابه etc. continetur. — lin. 18. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. — lin. 19. Versus significat, regem Anuschirwanum sapientiâ suâ impedivisse, quominus viles calamum scriptorium tangerent, siquidem ars scribendi nobilium esset; nobiles autem opere vili deprimerentur. — lin. 23. Ridhwan nomen angeli est, qui paradisum custodivisse putatur. Ut aut paradisum, quem hortum fuisse putabant, a hortis huius temporis distingueret, in paradiso vocem Arabicam الجنان, in hortis autem vocem Persicam البستان adhibuit. Paradisi partem neglectam fuisse a custode Ridhwan, ut Ebn-Awa intrare posset, auctor dixit. Qui plura de Paradiso scire cupit, librum: l'Alcoran etc. par du Ryer T. I p. 193 inspiciat. — lin. 24. من مجرى الماء

„per canalem.“ — lin. 25. لئيم بغداد كفر احسان اهل الشام „vilis Bagdadensis, qui beneficium incolarum Syriae abnegavit.“ Quaenam Syrorum beneficia in Bagdadi incolas collata auctor respexerit, dici non potest. Auctorem Bagdadensibus animo infestissimo fuisse, ex pluribus locis libri nostri cognoscere licet, quippe pravum agendi modum Bagdadensi saepius adscripserit conf. p. ۱۳۹ l, 17 p. ۱۸۰ l. 1. Inimicitia inter Iracenses Syrosque tempore belli inter Moahwijahum Ahliumque aut orta aut aucta esse videtur, quapropter in proverbio dicitur: ليس الشامى للعراق برفيق „Syrus incolae Iracae socius non est“ conf. Meid. T. II p. 570. — lin. 26. Vox الجانى duplicem singnificationem sensui aptam praebet aut decerpentis (fructus) aut iniusti. — lin. 28. Vox باغ proprie Persica est hortum designans, quam auctor homoioteleuti causa vocis الطاغ, quae est pro الطاغى, adhibuit; sed الباغ quoque esse potest pro الباغى „modum transgrediens,“ ut hortulanum designet. — lin. 29. Auctor منه الحركات pro حركاته homoioteleuti causa dixit ibid. Loquendi modus العظام الرفات in Corano occurrit Sur. 17, 52, 100. — lin. 32. Verba وقد احاط . . . . عمله ex Corano Sur. 2, 75 desumta sunt, nam ibi legitur واحاطت به خطيئته

Pag. 19. lin. 1. Verba العذاب الاليم in Corano multis locis occurrunt conf. Sur. 2, 98. — lin. 3. In verbis واثبت اجره فى ديوان حسناته „et cui pro beneficiis praemium in codice accurate adnotatum erat“ auctor Mohammedanorum opinionem respicere videtur, hominis actiones ab angelis in libro notatas esse, qui die extremi iudicii produceretur conf. Du Ryer l'Alcoran T. I p. 177. — lin. 2. Ius vicinitatis postulabat, ut vicino auxilium praestaretur et is a malis defenderetur. — lin. 4. Verba والجار الجنب pars loci sunt, qui in Corano Sur. 4, 40 legitur, quo in loco ii recitantur, quibus ab homine benefaciendum sit. Inter alios duorum vicinorum والجار ذى القرب والجار الجنب mentio facta est i. e. vicinus, cuius vicinitas propinqua est aut is, cuius vicinitas propinquitas aut coniunctio generis aut religionis est et vicinus remotus aut cui propinquitas non est. In Beidhawii commentario triplex vicinus esse dicitur: unus cui tria iura sint a) ius vicinitatis b) ius propinquitatis c) ius religionis Islami; alter, cui duo iura sint a) ius vicinitatis b) ius religionis Islami, tertius, cui unum tantum ius sit, nempe vicinitatis. Hunc esse aut Iudaeum aut Christianum — lin. 5. Verba فما كل مرة تسلم الجرة proverbialem loquendi modum referunt, qui Meid. T. III P. 2 p. 449 sic legitur كل كرة ما تسلم الجرة. „Non omni vice hydria salva est.“ — lin. 9. Verba صداقة etc. proverbium sunt, quod Meid. T. III P. 1 p. 278 paulum diverso modo legitur. — lin. 12. بسط له فراشه. „Expandit ei stratum suum i. e. invitavit eum ad sedendum. — lin. 13. Verbis البسه رياشه. „Veste splendida sua eum vestivit“ morem respicere potest, quo principes alios honoris causa vestibus pretiosis suis ornabant conf. meam Chrestom. gram. hist. p. ۴۱. — lin. 15. Versuum metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162 b. — lin. 20. تيس مستعار „hircus commodatus“ is hircus est, qui coeundi causa commodatur. Hircus talis bene nutritus esse debet, ut ineundi cupidus sit conf. Meid. T. II, p. 292. 795. — lin. 31. Versus sic vertendi sunt: „Patienter non fert iniuriam, qua petitur, nisi duo maxime viles, asinus gentis et paxillus. Hic enim sine pabulo adligatus est fune trito suo; ille autem vulneratur,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000024

dum nemo eum deflet.“ Paxillus tentorii in solum defigitur, dum superior eius pars contunditur. Haec autem est causa, cur paxilli asinique vilitas in proverbii consuetudinem venerit conf. Meid. T. I p. 511 sq., ubi duo versus diverso modo citati sunt conf. Meid. T. II p. 863. Versuum metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195 A. a conf. quoque Almookhtusur p. 588.

Pag. 20. lin. 1. Verbum حولق seriore tempore ex verbis لا حول ولا قوة الا بالله „Non est robur et potestas nisi in Deo“ et verbum استرجع ex verbis انا لله وانا اليه راجعون „Nos per Deum sumus et nos ad eum redimus“ ortum est. — lin. 3. Littera م est pro ما. Verbis والتطوق بهذا الغل auctor proverbium: غل قامل „pediculosum vinculum cervicis“, quo res admodum molesta designatur, respicere videtur ib. Verbis من البعض والكل „ex parte et universitate“ omnes nemine excepto designantur. — lin. 4. Verba والارض واسعة الفضا cum recentiore proverbiali loquendi modo cohaerent: الارض واسعة والرزق مبسوط conf. Meid. T. III P. 1 p. 10. ibid. Vox الام est pro الى ما. — lin. 19. Verbi بالط significatio hoc in loco clara non est. Eandem vocem auctor p. ٣٨ l. 22 et p. ٧٩ l. 32 iisdem aut similibus verbis sensu coniunxit. Nisi in errore sum, istis in locis significatio natando laboravit (conf. p. ٣٨ l. 22, ubi cum eo verba وعبر عينه „et eius oculus lacrymavit“ coniuncta sunt) potissimum apta est ibid. Ante vocem الّى ellipsis verbi „veni“ statuenda est. — lin. 23. Hemistichium metri Camil appellati est conf. Darstell. p. 215 sqq. — lin. 25. Statum priorem asini auctor cum morbo comparat; posteriorem, qui peior esset priore, cum morbo recidivo. — lin. 29. Auctor omnes pulcherrime canentes aves significaturus voces البلابل والهزار coniunxit. Vox هزار eiusdem avis (luciniae) Persicum nomen est, quod بلبل Arabicum.

Pag. 21. lin. 7. Testamentum patris, in quo ei plura mandata utilia data erant, cum amuleto auctor comparavit, quale Arabes iam antiquis temporibus contra noxam adhibebant. Sed ut amuletum tale fuisse indicaret, quod Mohammedanis probaretur, voce حرز usus est, quippe quae Corani verba in corio vel membrana scripta, quae corpori adhaerere solerent, designet; varia enim sunt aut minus aut magis Mohammedanis probata amuleta conf. Hamas. 353 II, 610 conf. Amru-l'Kaisi Diwan p. ٣٨ v. 11. 12. p. ٧ infr. De Sacy Chrest. Ar. T. I p. 341 II p. 116 Harir. p. ١٩ p. ٤٣ Rasmussen Additam. p. ٧١ infr. et sq. — lin. 10. Modo haud laudando menti animam (روح) tribuit, cuius membra principalia, (quae cerebrum, iecur cor, testiculi appellantur) illud testamentum esse auctor dixit — lin. 17. Sermonem generalem appellavit, commoda eius autem specialia. Vox مجمل a substantivo جملة, vox مفصل a substantivo فصل derivanda est. — lin. 23. Verbis ان الصديق للجاهل etc. proverbia recentiora ut عدو عاقل خير من صديق جاهل respicit conf. Meid. T. III P. 1. p. 325. — lin. 28. Verbis شنف المسامع بالله verba pulchra, quae cum inauribus, quibus aures ornantur, comparare solent, significantur. Loquendi modus est, quo admirantes utuntur.

Pag. 22. lin. 1. Verbis واذكر الله بالاذان auctor indicare vult, in tali periculoso statu precibus a Deo opem petendam esse, ut e periculo liberet. Ludit autem vocibus الآذان et

بالأذان. — lin. 2. Post vocem الضيف fortasse phrasis omissa est, quae homoioteleutum cum voce الضيق constituat, nam, quamquam pluribus locis homoioteleutum tribus phrasibus constitutum occurrit, tamen hoc loco ob vocem ثم, quae denuo sermonem incipit, phrasis sequens cum priore coniungi non posse videtur. Si quis phrasin sequentem ويهديك من الخلاص الى طريق insert, res bene cedit; sed in codicibus nil tale a me inventum est. — lin. 5. Verba فلم تبق منه عينا ولا اثرا „Neque rem ipsam eius neque vestigium eius reliquerunt“ i. e. Eum omnino delerunt, proverbialem loquendi modum constituunt, qui Meid. T. I p. 221 in verbis تطلب اثرا بعد عين „Quaeris vestigium rei post rem ipsam“ occurrit conf. T. II p. 489 ibid. Verba وذهب etc. sic vertenda sunt: „Et eius sanguis in eo, quod instituerat, sine utilitate effusus est.“ — lin. 6. الراى العالى est pro الراى العالى — lin. 8. Ante vocem المسفسفة e codice uno vox الامور addenda est. — lin. 11. Versus metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162. — lin. 12 et 13. Verba ما فى هذه الفصول من الفصل دون الفصول, quibus auctor lusit, sic vertenda sunt: „Quid meriti in hisce paragraphis esset et nil superflui.“ — lin. 14. Vox الدليل indicia singula, quibus argumentum efficitur et vox برهان argumentum, quod pluribus indiciis constat, significat. — lin. 15. Auctor verbis سكر (saccharum) et شكر (gratia) ludens dicere vult, explicandi modum cum saccharo, quod repetitis vicibus datum sit, comparari posse, ut gratias ad se attraxerit i. e. gratias mereat. — lin. 24. Voci المنعة hoc loco potentiae et dignitatis significatio tribuenda est. — lin. 25. Post voces طيب القلب vox omissa videtur, cuius ope homoioteleutum cum voce والساعد constituta sit; tali enim voce inserta et homoioteleuton adesset et phrases perfectiores essent. Tum auctor voce فخذ ludit, quae et femur et familiam designat. — lin. 27. Voces الفصول العلمية والعملية capita, in quibus res theoreticae et practicae tractantur, designant. — lin. 29. Modo improprio ab auctore vox ثغر cum voce جبين coniuncta est, quod homoioteleutum postularet, ut vox فمه, quacum vox ثغر coniungenda esset, in fine poneretur. Terrae autem tanquam personae, cui oscula dantur, genam tribuit. Describit hisce verbis modum, quo subditi reges salutare solent conf. p. 147. — lin. 30. De voce استطرد confer pag. ٩. — lin. 31. Verba والله سبحانه usque ad finem auctoris fortasse non sunt.

Pag. 23. lin. 4. De vocibus تشنيف المسامع etc. confer p. 21 l. 28. — lin. 5. Nomen Persicum شهريار „magnus princeps“ auctor adhuibuit, ut sequentibus verbis وان كان من العجم consentaneum esset. — lin. 6. Eius sapientia, liberalitas tanta erat, ut loco gentis esset. — lin. 7. عطاؤه ماطر et eius donum pluens i. e. largum et benefaciens, nam liberalitas cum pluvia comparatur conf. Hamâs. T. II, 116. 120. Minus bene reverentiam cum larga pluvia, quae e nubibus verecundiae continuis guttis decideret, comparavit. — lin. 8. افلاذ الاكباد segmenta iecorum sunt nobis maxime cari et dilecti liberi. Eodem modo idem auctor voces cum voce اولاد coniunxit adhibuitque in Vita Timuri T. I p. 171 l. 1. lin. 13. Versus metri Basith appellati est conf. Darstell. p. 195. — lin. 14. Hac in linea et sequente plures comparandi modos coniunxit auctor, qui non omnes bene coniungi possunt. Finem vitae cum sole, qui in eo est, ut occidat; tum eundem cum ramo, qui flaccescit, comparavit;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000026

tum dixit, legatum, (in quo seriore voce بريدى usus est) interitus mandatum adtulisse, quo iuberetur, ut mortis praefecto se traderet. Praefectus mortis autem sine dubio angelum mortis عزرايبل appellatum designat, qui ad morientem accedens a Mohammedanis putatur, ut animam ab eo accipiat conf. cl. Moelleri catalog. Partic. 1, in cuius tabula huius angeli effigies expressa est conf. cl. Weil Mohammed p. 332. et l'Alcoran par du Ryer T. I p. 157. — lin. 18. Verba وابتغ فيما آتيك الله الدار الاخرة ex Corano desumta sunt conf. Sur. 28, 77. — lin. 19. Verbis وما اخرت عمل اليوم الى الغد auctor proverbium respicit, quod Meid. T. II p. 582 legitur. — lin. 24. De voce طاقة confer p. ٨ l. 13. — lin. 26. Verba ولا يطفى نور نارى significare possunt, liberalitatem regis post mortem durataram esse; Arabes enim veteres igne accenso hospites allicere studebant conf. Ham. ٥٣ v. 3. ٩٩ v. 1. Reisk. ad Taraf. p. 45. — lin. 27. Verba الذكرى etc. e Corani loco Sur. 51, 55 desumta sunt ibid. et p. 24 l. 1. Silentio praeterundum non est, singulas voces phrasis, quae verbis ازكى زهر incipit idem ac verba اذكى غطر etc. homoioteleutum habere, ita ut auctor simul verbis ورد et ورد ludat. Phrases autem sic vertendae sunt: Scitote autem, purissimum florem, quo res evidentes legis in hortis cultus divini lucent, rosa gratiarum; et odoramentum maxime fragrans, quo thuribula mentis in silvis status venerandae dignitatis bonos odores exhalant, cogitationis aditus ad aquam est. De voce نقل confer p. 18 l. 14. Vox محرمية in lexicis frustra quaeritur; sed non dubito, quin hoc loco statum venerandae dignitatis designet, quae menti tribuitur et in cogitatione maxime cernitur. Phrasium sensus hic est: Gratiae agendae inter eas res, quae a lege praescribuntur ad cultum divinum spectantes, gratissimae sunt et cogitatio ea res est, e qua mentis humanae dignitas maxime cognoscitur. Homoioteleutum singularum vocum autem, quo phrases exornavit et lusus verborum effecisse videntur, ut comparandi modus in singulis haud quadraret. Frustra enim quaesivi, quomodo comparandi modus, qui in posterioris partis verbis tum ورد الفكر tum غياض المحرمية cernitur, thuribulis et odoramentis prioris partis aptus sit. Fit autem haud raro, ut auctor ornamentis verborum externis operam dans tum sensum tum comparandi modum paululum neglexerit; id quod in arte rhetorica vituperatione dignum habetur; sed scriptores serioris aetatis in hoc saepissime peccarunt.

Pag. 24. lin. 1. Gratiae vinculum beneficiorum appellantur modo, quo in proverbio dicitur: الشكر تميمة التمام النعمة „Gratiae sunt amuletum, quo beneficia congregantur“ conf. Meid. T. III P. 1 p. 258. — lin. 2. Verba Corani لئن etc. Sur. 14, 7 leguntur ibid. Verba من شكر etc. proverbialis loquendi modus sunt, qui inter Meidanii proverbia locum haud obtinuit. Simile est T. III P. 1 p. 257. — lin. 5. Verba e Corano citata Sur. 25, 67 leguntur — lin. 6. Corani locus Sur. 17, 31 est. — lin. 8. Quid Arabes de veritate et mendacio senserint, vide in Meidanii proverbiis T. III P. 2 p. 176. — lin. 11. Socium pravum semper nocere, e proverbio Meid. T. II p. 599 discimus. — lin. 15. Verba „Se separavit a die Veneris et coetu“ significant, eum die Veneris, quemadmodum mos ferebat, cum coetu Mohammedanorum preces publicas haud fecisse. Vox autem جماعة et coetum Mohammedanorum, qui die Veneris preces publicas faciunt et doctrinam orthodoxam aut Mohammedanos orthodoxos significare potest.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000027

ibid. Verbis اقامة اوده „Curvum suum erigere“ significare vult, pravam suam conditionem eum reparare velle. — lin. 16. Auctor in describendo mutuo utriusque statu gradatim progreditur. Status inter utrumque, qui pacto ortus erat, firmum foedus evenit, tum amicitia facta est, quae denique haud simulata; sed pura et sincera erat. — lin. 18. Auctor verbis تكرع من الغدر في غدران ludit. Voces نفاق et رياء in religione usum technicum habent, dum illa significat, hominem linguâ veram fidem proferente animo incredulum esse; haec, hominem in agendo haud sincerum purumque esse, ita ut alius quam Dei rationem habeat. Hoc in amicitiae conditionem transferendum est. — lin. 21. Hiems, quae ferrum diffindit, vehemens frigus designat. conf. p. ٦٨ l. 13. — lin. 22. Vox اعضاءها ob homoioteleutum sine Hamza enuncianda est. — lin. 23. Vox ادفاها homoioteleuti causa pro ادفاها (cum Hamza) est. — lin. 25. Auctor verbis العدوان et عاد ludens in voce عاد non solum verbi (rediit); verum etiam gentis quoque Ahd, quae antiquissima Arabibus omne antiquum designat, ut vox sensu cum voce القديم cohaereat, significationem ante oculos habet conf. Herbelot. T. I p. 85 Abulfed. histor. anteisl. p. 178 Pocock. spec. hist. Arab. mult. locis et librum excell. Essai sur l'histoire des Arabes par Caussin de Perceval T. I p. 13. 16 sq. — lin. 26. Verba حرام usque ad احسن اليها Mohammedis sunt traditione nobis conservata. — lin. 29. Verba صحبة الاخيار etc. proverbialem loquendi modum redolent, qui autem inter Meidanii proverbia locum haud obtinuit. — lin. 32. Versus metrum Wafir appellatum est conf. Darstell. etc. p. 204. In priore hemistichio vox سلام incolumitatem i. e. sinceritatem animi, in posteriore salutem, quae dicitur, significat.

Pag. 25. lin. 3. 4. Eadem vox للحق ob praepositionem cum eâ coniunctam homoioteleuto inservit. — lin. 6. Metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. — lin. 7. Versuum metrum Camil appellatum est conf. Darstell. p. 212. 217. A, b. — lin. 9. Pro verbis شدة الضعف legendum videtur الشدة والضعف — lin 11. Verba النجس etc. „Impurum, quod noscis, melius est, quam novum, (purum) quod haud noscis“ proverbialis loquendi modus sunt, qui talis invenitur: نجس تعرفه خير من جيد لا تعرفه — lin. 12. Verba خير الاشياء etc. proverbialis loquendi modus sunt, qui Meid. T. III P. 1 p. 143 legitur. — lin. 13. Verba وازرعوا تحصدوا proverbium sunt, quod Meid. III P. 1 p. 209 legitur. — lin. 13 sq. In verbis تفكروا .... يومكم ..... غدكم homoioteleutum mancum est. — lin. 15. Loquendi modus صدق قدم vocibus transpositis in Corani loco Sur. 10, 2 بشر الذين امنوا ان لهم قدم صدق عند ربهم „Nuntia iis, qui crediderunt, eis esse locum altum veritatis apud dominum suum“ occurrit. — lin. 19. Arabes ex indiciis externis corporis fata hominis cognosci posse putabant. Ars القيافة appellata, qua ex talibus indiciis futura cognosci posse putabant, iam tempore Mohammedis in gente Modlidj floruisse putabatur conf. Chrestomathia mea gramm. histor. p. ٣١ sq. Hanc ob causam auctor dicit: Indicia fortunae bonae in eius fronte apparebant. — lin. 27. Eius iter per mare tam felix erat, ut Noachus, qui navem suam per diluvium sine damno direxerat, eius nauta esse videretur. Noachi res in Corano Sur. 11, 38 descriptae sunt. Quod autem auctor Chidhrum cum Noacho coniunxit, id haud bene fecisse videtur, quippe Chidri non cum Noacho; sed cum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000028

Mose mentio facta sit. Alter enim Corani locus, quem auctor sine dubio scribens animo habuit, Sur. 18, 59 sqq. legitur, ubi adolescentis Mosis, quem Josuam fuisse contendunt et Chidhri, cuius nomen aut Balja b. Malcan aut اليَسَع (forte Elisa) aut Elias fuisse eumque tempore Afriduni vixisse, tum primo agmini Alexandri (ذى القرنين) prioris praefuisse et usque ad Mosis tempus exstitisse contendunt, mentio facta est. Eundem quoque cum Mose navi vectum esse, ibidem v. 70 legimus. Cum Mose igitur Chidrus nostro loco potius coniungendus erat. Chidhrus autem cum Mose navi vehens quum tabulas navis diffringeret, Mosem eiusque adolescentem auctor noster حافظا الالواح tabularum custodes appellasse videtur. — lin. 30. Verba „et doctrinam filii sui pater Altdjahithsi vulgavit“ obscura sunt; sed scitote, virum cognomine الجاحظ doctorem clarissimum et scriptorem sectae Mohtaselitarum fuisse, qui nomen Ahmru b. Bahr haberet. Vixit tempore Almohtazimi et Almotawacceli (ab anno 218—247) conf. Alsharistani P. 1 p. ٥٣. Patrem autem huius viri, Bahr (mare) appellatum, doctrinam filii Aldjahiths appellati, qui a vera fide et recta via recessisset, divulgasse auctor dicit ludens voce Bahr (mare), quod nomen pater Aldjahithsi gereret ibid. „Et amisit eius magister (Schaich) gravitatem et tranquillitatem.“ Verba haec sic cum prioribus coniungenda sunt, ut significent, principem illius doctrinae auctorem, quum viam orthodoxorum reliquisset, gravitatem et tranquillitatem, quae talem virum decerent (conf. Harir. p. ٩٤. 8), amisisse. Fieri quoque potest, ut auctor significationem aliam earum, quarum interpretes in Corani loco Sur. II, 249 mentionem fecerint, simul cogitaverit. — lin. 22. Auctor voci الحروف duplicem significationem scopulorum et litterarum tribuit; mare autem tranquillum cum campo, mare agitatum cum montibus comparavit.

Pag. 26. l. 1. Navem avem huius corvi appellavit, tum ob nigrum colorem tum ob malum omen, quod cum corvo coniunctum est conf. Meid. T. II, 190. T. I, 695. Praeterea Reiskius voce غراب speciem navigii significari, ad Golium adnotavit. Conditionem navigantium cum statu huius mundi comparavit, qui modo elatus modo depressus est. Tam montes et valles quam fortunam modo secundam modo adversam verba significare possunt. — lin. 2 Eos, qui in navi ad coelum tollebantur, cum angelis, quorum habitaculum in coelo cogitaretur, clanculum locutos esse et nuntios tenebrarum Jonae ad pisces (in coelo) pertulisse, auctor fingit. Jonam, cuius mentio in Corano saepius occurrit, modo صاحب الحوت Sur. 68, 48, modo ذو النون Sur. 21, 87, quo in loco eius tenebrarum mentio facta est, modo يونس Sur. 37, 139 appellatus, a pisce devoratum esse, in Corano Sur. 37, 142 legimus. — lin. 3. De verbis ينظرون قرن الثور confer p. 6 l. 7. — lin. 4. Statum navigantium cum statu hominum in Corano Sur. 22, 2 verbis وترى الناس سكارى etc. descriptorum contulit. — lin. 5. Versuum metrum Motakarib appellatum est conf. Darstell. p. 280 A. a et p. 283. Vox رهو in Corano Sur. 44, 23 occurrit. — lin. 7. „Et proiecit scriba (venti) glaream spargentis in omnem scopulum ex scopulis montium tabulam ex tabulis.“ In hisce verbis auctor voce كاتب utens significatione vocis حرف littera (et scopulus) et vocis لوح tabula, in qua scribitur (et tabula navis) ludit. — lin. 8. Verba واهلها فاغرقها وخرقها similia sunt verbis

Corani Sur. 18, 70 خرقها قال اخرقتها لتغرق اهلها, quae auctor respicere videtur. — lin. 14. Auctor morem illius temporis respiciens adventum regis, qui comitante agmine in oppidum et inde in arcem, regis sedem, introducitur, describit. Magnum hominum agmen, tam virorum quam mulierum, tam equitum quam peditum ei obviam venerat, a quibus in urbem deductus est. Talis comitatus nomine Arabico موكب appellatur. In tali pompa equi pulcherrimis sellis instructi ad latus ducebantur. Ebn-Chaldunus in capite agens de signis regiae dignitatis instrumentorum musicorum mentionem fecit dicens: فمن شارات الملك اتخاذ الالة من نشر الالوية والرايات وقرع الطبول والنفخ فى الابواق والقرون „Ex ornamentis regiae dignitatis est instrumentum sibi comparare, dum vexilla expanduntur, tympana pulsantur, tubae et cornua inflantur.“ Regibus autem ipsis vestes pretiosae dono dabantur equique tegumentis pulcherrimis ornati sellisque instructi conf. Abulf. T. V, 322. De voce كنبوش plura adnotavit beatus de Sacy in Chrest. Ar. T. II p. 270 ed. alt. Non autem omnes reges corona utebantur. Solebant seriore tempore sub equi, quo rex vehebatur, pedibus pannos pretiosos honoris causa sternere conf. Abulf. Ann. T. V. p. 20, nec non tempore festi, ut matrimonii regii, nummos aureos argenteosque aliasque res inter homines dispergere conf. libr. meum: Selecta ex historia Halebi p. XLI. XLII praefat. Diebus festis fumigatum quoque esse, videmus. Auctor vocem Persicam ند et voces Arabicas عنبر et عبير adhibuit significaturus, multa, tam simplicia quam composita aromata ad fumigandum adhibita esse. — lin. 22. Versus metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162. Principem novum cum luna plena, quae non decrescit; sed ad summam plenitudinem pervenit, comparavit. Haec autem lunae plenitudo domum fortunae secundae appellavit. — lin. 23. Vox مريد seriore tempore discipuli obsequentis et sectatoris significationem accepit. Imperium saepius cum doctrina, cui quis adhaerebat, coniuncta erat, ut nonnisi ii, qui eidem sectae adhaererent, eius imperium agnoscerent. — lin. 29. Voces لعب et عبث ita distinctae esse videntur, ut illa puerorum ludum, haec aliorum designet.

Pag. 27. l. 3. In vocibus اولئك الجماعة vox اولئك cum voce الجماعة ad sensum coniuncta est; sed hic coniungendi modus auctori nostro proprius saepe in hoc libro occurrit conf. p. 45 et De Sacy Gram. Ar. T. II p. 281. Forum esse fingit, in quo ille iuvenis multa meritorum fideique mercimonia exposuerit. — lin. 5. Auctor ملابس الانعام et خلع الافضال dixit, quod beneficia et honores cum vestibus pretiosis comparantur. — lin. 6. Vocem ضمير cum voce احشاء nonnisi homoioteleuti causa coniunxit. — lin. 16. Voces اجل معدود e Corano Sur. 11, 106 et voces يوم موعود e loco Sur. 85, 2 desumtae sunt. — lin. 17. Voces ثبتت له اوتاد a tentorio desumtae sunt, cuius pali terrae firmiter infixi sunt. Simili comparatione Jesaias usus est C. 22, 23. 25. conf. p. ١٣٠ l. 24 hui. operis. — lin. 18. Thronus quoque est signum regiae dignitatis. Duabus autem vocibus Persicis تخت et رخت in homoioteleuto usus est. — lin. 26. هذا دابهم وديدنهم Auctor, ut copiam linguae ostendat, plura vocabula synonyma coniungere solet. — lin. 30. Auctor, ut duplex in fine homoioteleutum haberet, نوازل البلاء et بوازل القضاء dixit. Decretum divinum cum camelis novennibus, quorum robur ista aetate summum est, qui, si in hominem irruunt, retineri vix possunt, comparavit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000030

De camelo autem saeviente et irruente in proverbiis Meid. T. I p. 745 sermo est. — lin. 31. Verba ولات حين مناص e Corani loco Sur. 38, 2 desumta sunt.

Pag. 28. lin. 1. Pro voce يتلافى scribendum videtur يتلاف; sed interdum post hanc particulam in verbis, quorum tertia radicalis aut littera ى aut و est, forma futuri haud abjectâ litterâ occurrit conf. De Sacy Gram. Ar. T. II p. 36 not. ed. alt. — lin. 6. Voces وحبا لكم وكرامة in libro meo: Selecta ex historia Halebi p. 82. sensum proverbialem habere ostendi, quae proprie situlam eiusque tegumentum i. e. rem totam s e u rem eiusque partem cum ea cohaerentem significarent. Postea vero ipsos Arabes proverbialem usum ignorantes, sensum amoris et honoris adhibuere c o n f. Ham. ٥٨٠ l. 3. — lin. 6. Vox الصاحب, quae proprie socium (principis) designat, seriore tempore titulus primi regis ministri factus est. — lin. 7. Vocibus خارج عن الامكان „rem designat, quae fieri non potest.“ De vocibus اجل معدود conf. p. 27 l. 16. — lin. 8. وكل ما هو آت آت „Omne quod veniens est, veniens est“ i. e. omnes res, quae ex Dei decreto venturae sunt, venient et repelli haud possunt. — lin. 9. Verba دخلنا usque ad كارهين effatum docti cuiusdam esse videntur, qui de hominibus in mundum venientibus, in eo viventibus et inde exeuntibus talia protulit. — lin. 13. Vox حاصل proprie „res, quae exsistit“ est, tum victum designat et in ipsum locum, ubi victus asservatur, tanslata est c o n f. p. ٩٩ l. 1. — lin. 24. Vox المعمارية seriore tempore in usum venit et architectos aut eos significare potest, qui culturae loci operam dant; sed ob lin. 22 architectorum significatio voci potius convenit. — lin. 26. — Plurales ex nominibus actionis formati ut احتياجات etc. seriori tempori proprii sunt.

Pag. 29. lin. 2. Vox الخراقة seriore tempore orta ab auctore homoioteleuti causa adhibita est. Navis significatio hoc loco apta est. — lin. 4. Verba دقت البشاير „Instrumenta nuntii laeti pulsata sunt.“ Eodem sensu ضربت البشاير dicitur. Solebant tympana pulsare nuntio laeto adlato. Sic Cemal-Aldinus fol. 258 cod. in opere: „Selecta ex historia Halebi scripsit: وسيرت فى الحال بعض اصحابى الى حلب مبشرا بذلك كله فضربت البشاير بحلب وافيضت للخلع على المبشر „Statim unum sociorum meorum Halebum delegavi, qui nuntium laetum perferret. Halebi autem instrumenta laetitiae pulsata sunt et nuntium adferens vestibus honoris large donatus est.“ Verba singula in phrasibus واستقر فى اتم سرور واستمر فى اعم حبور auctor homoioteleuto ornavit. — lin. 6. De voce تنظير confer p. 2. 13. 18. Vox رمز in arte rhetorica significat, quendam modo occulto et quasi nutu rem propinquam indicasse conf. Almookhtusur p. 562 sq. Arabes seriore tempore aenigmatibus et logogryphis operam dederunt. Logogryphos invenimus in codice carminum Ohmari b. Alfaredh (nat. 567 mort. 632). — lin. 7. التى اخجلت المثانى In hisce vocis المثانى significatio dubia est, tum quod vox plures significationes habet, tum quod interpretes inter plures significationes dubii haerent. Vox المثانى aut Corani partem aut Coranum totum designat, ut sensus sit, hasce voces tam eloquentes esse, ut ipsas Corani partes, quibus summa eloquentia adscribitur, quasi pudore erubescant. Sed num bonus Mohammedanus tale quid de Corano dixerit, dubitare licet. Tum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000031

vox المثانى duos quoque versus et cantus designant, qui apud Persas دو بيتى appellantur. Talis significatio loco mihi aptior videtur. Quae autem significatio voci tribuatur, quum personae non sit, verbum اخجلت haud bene cum ea coniuncta est. — lin. 10. Mirum est, quod hoc in loco vocis اهل pluralem اهلون auctor adhibuerit. Fortasse in homoioteleuto causa invenienda est. — lin. 19. Versus metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162. — lin. 21. Voci معين hoc in loco ut p. ۲۰۹ l. 12 significatio loci fontis danda est. — lin. 24. ولا مجملا الا فصله „Et non rem generalem nisi quam specialem effecit.“ — lin. 25. Et mercaturam non faciens in commercio sinceri amoris pietatisque nisi, cui ante mercem traditam pecuniam tradiderit et anticipando pecuniam dederit i. e. si quem invenerit, qui sincere et pie agat, huic omnino fidem habendam esse — lin. 28. Locus Corani invenitur Sur. 46, 12 confer Sur. 41, 30. — lin. 30. Locus Corani Sur. 9, 21 legitur.

Pag. 30. lin. 1. Auctor verbis وتردى لباس الردى „et pallio mortis se vestivit“ ludit. — lin. 2. Verba بالهدى . . :. . . اولئك e Corani loco Sur. 2, 15 desumta sunt. — lin. 3 et 4. Verbo حميم . . . . . واما ان كان in Corano Sur. 56. 91—94 leguntur. — lin. 5. Voces يا ليتنى كنت ترابا in Corano Sur. 78, 41 exsistunt. — lin. 7. Filios pulchros cum margaritis in filo comparavit. In medio autem eius pulcherrima esse solet. Filius natu maximus igitur cum hac comparatur. — lin. 8. Verba patris cum gemmis, quibus aures ornantur, comparata snnt. conf. 21. — lin. 11. Pro ملك عريض legendum videtur ملك غريض Adfectus animi postulant, ut cupiditatibus satisfiat. — lin. 14. 15. وتعود الاخوة على موضوعها بالنقض „et fraternitas contra obiectum suum contradictionem sententiae (de ea) prolatae reportat i. e. Status fraternitatis mutatae efficit, ut de obiecto (fraternitatis) priori contraria sententia proferatur.“ Sic autem legendum est, ut e loco p. ۳۹۱ l. 9. adparet. Voces موضوع et نقض autem sensum technicum habent, qui in lexico meo verbis libri تعريفات explicatus est. — lin. 19. يوم اساءه. Vox يوم sine Nunnatione cum verbo sequente tanquam cum nomine coniungenda est. Dictum est pro اليوم الذى اساءه فيه — lin. 20. Verba من لا يقبل المستقيل ولا يغيث المستغيث partem traditionis continere videntur, quam auctor noster abrupit. Rem ita se habere, e verbis ولا يتقيد بمعنى هذا الحديث elucere videtur, nam, quae sequuntur, verba traditionis esse non possunt. — lin. 23. Alius codex habet كيف كان ut triplex homoioteleutum sit. Haud male. De voce لجرذان ذلك confer p. 2. — lin. 29. Proverbium recens est عند الشدة يعرف الصديق „In infortunio amicus verus cognoscitur“ Meid. T. III P. 1. p. 248. — lin. 31. Metrum versus Camil appellatum est conf. Darstell. p. 212 b.

Pag. 31. lin. 2. Vox عتيق servi manumissi (sc. ex vinculis) significationem hoc in loco habet. Voci الجيلة bene et pulchre agendi rationis conf. p. ۴۰ l. 2. ۴v l. 8, 14 ۹۱ l. 17. significatio tribuenda est. Vocibus فضل هذه الفضيلة „meritum (vel exuberantia) huius beneficii“ auctor ludit. — lin. 4. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. — lin. 5 Verbum تمسخر a voce مسخرة derivatum hoc in loco sine dubio significat, murem incedere ridiculo modo et corpore deformato, ut ab aliis irrideretur. — lin. 12. Vox وكرى duplici modo legi et enuntiari potest aut وَكْرى „nidum meum“ aut وَكَرى „et fodit“, ut cum

voce وحفر coniungatur. — lin. 14. Verba لا تسلك غير طريقك ولا تصاحب سوى رفيقك pro-verbium redolent; sed neque in Meidanii opere neque inter proverbia recentiora id inveni. — lin. 16. Verbis تمايل فى غشيته „et in velo suo de latere in latus inclinavit“ modum superbum, quo feminae incedere solebant, respicit. — lin. 17. Aut حبايك شدايده aut خبايل شدايده legendum est. Vocem خبايل praefero, quippe quae voci حبايل sono similior sit. Derivanda autem est a voce خبال (interitus, molestia), ut a سحابة pluralis سحايب formatur. واخفت نباه „et occultavit eius nuntium“ sc. eum vorans. — lin. 19. Voci اخلص significatio usus technici conf. 1. 7 tribuenda est. — lin. 22. Verbis وباغاثة usque ad العاثر respicit effatum Mohammedis traditione ad posteros delatum. — lin. 31. Post vocem بيصالك addenda est vox نفعهم et post vocem جمعهم homoioteleuti signum ponendum. In verbis واوكد عليهم فى ذلك nominis ellipsis (vinculum mandati mei) statuenda est.

Pag. 32. lin. 1. Legas فلا يخطر شى. Verba ووقف فى مقام العرض „Et stetit loco expositionis“ significant: Rem expositurus stetit. — lin. 4. Auctor وفرغت من نقد المودة جيوبهم „et pecuniâ paratâ amoris eorum sinus vacui sunt“ (sic legas) dixit, amorem cum pecunia comparans, quod Arabes in sinu vestis res tenebant simulque sub sinu cor, sedes amoris, est. — lin. 10. In singulis vocibus huius lineae homoioteleutum est. — lin. 12. „Osculabatur facundia os verborum eius, dum alloquebatur et nituit eloquentiae facies, dum gemmae responsi eius splendebant.“ De vocibus فصاحة et بلاغة confer Almookthusur p. 16—18 et librum تعريفات sub vocibus. — lin. 15. Auctorem Bagdadenses odio persequi, pluribus locis vidimus quippe quorum turpem agendi modum pluribus locis memoraverit conf. p. ۴۴ l. 6. p. ۵۴ l. 5. — lin. 16. مستحق الرجم Adulterii poena Mohammedis tempore apud Arabes lapidatio erat. Hanc significationem voci الرجم tribuo, quippe vituperationis significatio in talem virum minus quadret conf. cl. Weil Mohammed p. 308 adn. p. 486 et p. 352 adn. p. 554 ibid. Verba: „In coelo ei sidus non erat“ significare possunt, eum tam vilem naturâ fuisse, ut in coelo sidus in eius fata vim haud exercuisset; Arabes enim, astrologiae dediti, hominum fata e sideribus pendere putabant. Poeta Hamas. p. ۷۰ infr. de viro celeberrimo dixit: لا توارى كواكبه „Eius stellae absconditae non sunt.“ — lin. 19. Auctor vocibus باب „porta et caput libri“ et فصل „paragraphus“ ludit. — lin. 20. Vox الزنديق Persicae originis proprie eum designans, qui Zoroastris religioni addictus est, tum omnem sceleratum designat. — lin. 25. Proverbium, quod auctor animo habet, est: كل شى تزرعه ينفعك ازرع بنى ادم يقلعك „Quaelibet res, quam seris, tibi proderit; sere autem, filiole mi! hominem, te evellet.“ — lin. 29. Verbam وضع cum من personae, ut ellipsis obiecti statuatur, viri meritum calumniis deminui significat. Eodem modo verbum فت, quod accusativum obiecti sequi solet, quum hoc loco priori significationi similis sit, constructum est. — lin. 32. Verbis وفعله اللازم يتعدى duplex sensus est aut proprius „eius agendi modum necessario sequendum (in alios) transire“ aut vocabulorum technicorum grammatices „eius verbum intransitivum fieri transitivum“

Pag. 33. lin. 3. Quae narravit auctor, simillima sunt iis, quae regi Alnohmano acciderunt. Rabih b. Sijad Ahbsita, quo socio rex Nohmanus utebatur, calumniis effecerat, ut

rex viros, qui ad eum venissent, dure tractaret. Hac de causa tristes et irati quum Lebido rem narassent, hic promisit, se facturum esse, ut, si cum ipso ad regem redirent, a Rabiho alienaretur. Lebidus versibus coram rege recitatis tanto viri fastidio regem implevit, ut eum non amplius videre posset. Res apud beat. de Sacy in libro: Calilah wa Dimn. p. 114 et Meid. T. II p. 261 pluribus narrata est. — lin. 5 sq. Versus Lebidi, quorum metrum Redjes appellatum est (conf. Darstell. etc. p. 231), apud beat. de Sacyum et in codice Gothano libri magni cantilenarum vario modo leguntur. Silentio praetereundum non est, quinque filios fuisse, ut poeta licentiâ usus homoioteleuti causâ الاربعة quatuor dixerit conf. libr. meum: Darstell. d Arab. Verskunst p. 500. Vox حتى hoc in loco vim in verbum sequens haud habet conf. De Sacy Gram. Ar. T. II, 24 sq. — lin. 11. De vocibus لما ان confer de Sacy Gram. Ar. T. I p. 524 sq — lin. 12. Vox الضرب nomen actionis est, a verbo ضرب „laesus fuit“ derivandum. — lin. 14. Voces اغوار et انجاد proprie regiones depressas et regiones altas designant, tum vox غور in occidentalem Tehamae regionem et vox نجد in huic oppositam altam Arabiae regionem translata est. — Cogitationem cum viro, qui pabulum quaerat, emisso, ab Arabibus رايد appellato auctor comparavit conf. Meid. T. II p 525. — lin. 16. Verba الاحسان الى اللئيم سلف فى الشر ;„Beneficium in vilem collatum est mutuum sine usura datum in malo“ Mohammedis verba traditione conservata sunt. — lin. 19. Verba من الحور غوانيها dicta sunt pro من الغوانى الحور. In loco, ubi post mortem pii degere putantur, Mohammedes, ut suis satisfaceret, uxores pudicas, nigris oculis praeditas, quibus laetarentur, finxit conf. Coran. Sur. 44, 54 52, 20. 55, 72. — lin. 22. Versuum metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162. — lin. 25. Voces القال والقيل seriore tempore ex verbis قال „dixit“ et قيل „dictum fuit“ orta nomina sunt. — lin. 26. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195.

Pag. 34. lin. 2. Vox اقطاع sine dubio a voce قطيعة „portio agri“ derivata hoc in loco fundum designat, qui a principibus victus causa et loco stipendii militibus aliisque personis, ut eius proventum in suum usum converterent, dabatur. Dicitur quoque اقطاعة cum plurali اقطاعات. Est autem serioris temporis vocabulum — lin. 3. Voces لتحيط العلوم الشريفة „Scientiae generosae amplectantur“ i. e. rex generosus sciat. — lin. 4. Voces واتمامها باحكام الوثاقة sic vertendae sunt: „et qui eam (veram amicitiam) perfectam reddere student iudiciis, quae cum fiducia proferunt“ i. e. quorum amicitia non tam factis quam verbis nititur.“ — lin. 7. De vocibus غل قمل confer. p. 6 lin. 8. — lin. 15. Quum auctor vocem الحريق cum voce الرحيق coniunxerit, necio, num voci الحريق eadem significatio quam voci الحراق (valde salsae aquae) tribuatur, quippe significatio flammâ adusti vocis الرحيق (vini melioris notae) significationi haud apta videatur. Legens autem haud negligat, auctorem verbis coniunctis ita lusisse, ut vocibus easdem consonantes; sed ordine inverso daret, ut in vocibus الحريق et الرحيق, المفارف et المرافق aut voces eiusdem homoioteleuti coniunxisse, ut المنافق et الموافق et المصادق والمصارم et الملاصف والمصارم. — lin. 18. Auctor verbis فابعد الادانى وادنى الاباعد easdem voces; sed inverso ordine adhibens lusit — lin. 20. Nomina زيد et عمرو in

grammatica, ut subiectum et obiectum designent, saepius adhibita sunt, quemadmodum monuimus conf. 9. — lin. 22. Vox مستند, quam auctor lin. 17 quoque adhibuit, locum, quo quis niti vult, designat. — lin. 23. Hac in linea et sequentibus auctor et vocibus ludit et res historicas adhibitis vocibus respicit. نظام الملك nomen Veziri erat, cui Malicschahus ann$_o$ 465 titulum اتابك dederat Abulf. Ann. T. III p. 226. Voce عماد respicit Buidam Abu-l'Hasan Ahli, cui a chalifa cognomen عماد الدولة (columna principatus) datum est Abulf. Ann. T. II p. 372 sqq. — lin. 26. Verba Corani, quae auctor citat, leguntur Sur. 4, 61. — lin. 28. Voci التارق insomniae significatio danda est — lin. 29. In vocibus وتمسكن حتى تمكن „et pauperem se ostendit, donec potens erat" simili sono ludit. — lin. 30. „Et in domibus cupiditatis eius per amorem regni imperiique eius habitacula culta sunt." Cupiditati domus tribuit, quarum singula habitacula ab amore imperii (quasi persona) habitata erant.

Pag. 35. lin. 1. „Et apparebant super axillis s. lateribus suis regiis in dies vestigia virtutis et plus etiam." Cur hoc in loco super axillis regiis seu lateribus dixerit, nescio. Fieri potest, ut sic dictum sit, quod vexilla dignitatis signa super axillis portabantur. Jesaias C. 22, 22 simili modo dixit: וְנָתַתִּי מַפְתֵּחַ בֵּית־דָּוִד עַל־שִׁכְמוֹ „Et posui clavem domus Davidis super eius humero". — lin. 3. Vox بند Persicae originis magnum vexillum et tum legionem decem millium militum designat, ut mihi videtur, quod tali agmini vexillum magnum esset. De vexillorum usu inter Arabes conferas quae Hamas. T. II P. 1 p. 563 adnotavi. lin. 11. Voci ثم hoc in loco, siquidem verba زار et عوى praecesserint, clamandi significatio convenit. Mihi igitur cum significatione multa fecit (verba), quae a lexicographis adnotata est, cohaerere videtur, ut ellipsis obiecti statuatur. — lin. 12. Vox الوجوم, quippe quae cum voce المخاوف coniuncta sit et voces الغموم et الهموم, quae plurales sint, praecesserint, pluralis esse videtur, quo dolores significantur, quibus efficitur, ut quis taceat et oculos in terram defigat. Talis pluralis in lexicis haud adnotatus est; at vox tanquam nomen actionis in usu est. — lin. 13. Verba صدر et ورد opposita sunt, dum hoc ad aquam accedere, illud inde redire significat. — lin. 16. „Et resecuit funes lororum suorum ab omnibus eo excepto" i. e. ei soli adhaesit. — lin. 22. Verbis يحرق الارم auctor proverbium انه ليحرق على الارم „Is contra me dentes molares fricat", quo vehemens ira significatur, respicit Meid. T. I, p. 144. — lin. 25. Verba واذا كان usque ad عجز e quodam scriptore desumta sunt. — lin. 26. Homoioteleuta sic mutanda sunt ثم قال الرئيس، اعلم يا نفيس، — lin. 29. Voci الخرابة hoc in loco ruinarum significatio tribuenda est, quod serpentes tales locos habitare putabantur. Videmus hoc in loco, Arabes putasse, viri cuiusdam vitam cum vita bestiae cohaerere, quod eodem sub sidere uterque natus sit idemque utriusque horoscopus. Mohammedani putant, quemlibet hominem duos angelos sequi, qui eius facta observent et adnotent Sur. 82, 10 Putabant quoque, hominem semper sequi daemonem familiarem, qui تابع appellatus est Hamas. ۱۸۳۱. 15. Ob pravam autem regis naturam serpentem foedum hunc esse, auctor dixit. Mohammedem dixisse ferunt, partem daemonum serpentes esse conf. Domairi librum in loco, ubi de Geniis agit conf. Meid. C. 22, 65. — lin. 32. Auctor hoc loco vocibus ludens vocem درج voci درك opponens voci ملكوت tartari significationem dedit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000035

Pag. 36. lin. 1. 2. „O tempus matutinum luce! et o longa nox dispare!“ In voce انجل ob homoioteleutum vocalis postrema enuncianda non est. Verba فما الاصباح منك بامثل vertenda sunt „non enim sunt Aurorae te praestantiores.“ — lin. 3. In verbis حي على الفلاح „adesdum ad salutem“ verba respicit, quibus vir in turri alta voce clamans precum faciendarum tempus Mohammedanis indicit. Dicitur ante istas voces حَيَّ على الصلاة conf. Selecta ex histor. Halebi praefat. p. XXXIV et Harir. p. ٢٨٩ l. 15. Relandi librum de religione Mohammedica p. 71 in notis. Ratione autem habita tum status iuvenis illius, cuius infortunium in fortunam secundam mutaretur, tum vocis الفلاح, auctor مؤذن السعد „annuntians fortunam secundam“ dixit. — lin. 3. Voce تيمم auctor usum respicit, quo ex lege manus et facies, si aqua deesset, ante preces pulvere fricandae erant. In deserto iuvenis aquâ potiri haud poterat. Preces autem Mohammedanis die apparente faciendae sunt conf. Coran. Sur. 4, 46 l'Alcoran par du Ryer T. I p. 217. — lin. 6. وبينما العزاء عليه قايم „et intereadum luctus caeremonia conficiebatur.“ Luctus caerimoniae diversis temporibus diversae et in variis regionibus variae erant. Antiquis temporibus simpliciores; recentibus autem magnificae erant. De luctu conferas quae Ham. T. II P. 1 p. 430 P. 2 p. 16. 105 adnotavi. Mortuo Said-Alchailo per septem dies luctus caerimoniae erant conf. Rasmussen Addit. p. ٣٤. Viris celeberrimis mortuis luctus caerimoniae in regionibus dissitis instituebantur Abulf. Ann. III p. 410. Mortuo Chalifa Alradhi nonnisi per unum diem luctus causa sedebant; nam in luctus caerimonia verbum جلس adhibetur Abulf. An. T. III p. 478. Mortuo chalifa ultimo Fatemidarum Sultanus Zelah-Aldin luctus caerimoniam instituit ib. p. 634. Mortuo autem Sultano Zelah-Aldin, eius filius Almalec-Alafdhal caerimoniam instituit, tum tempore, quo mortui corpus in sepulchrum aliud tranferretur, caerimoniam per tres dies repetivit Abulf. Ann. T. IV 138. Frater quoque mortui in urbe Damasco eandem caerimoniam perfecit ib. p. 142. Tempore autem caerimoniae tympana haud pulsabantur ib. p. 184 et carmina lugubria recitabantur ib. p. 282. Non solum vero mortuis principibus; verum etiam viris doctis piisque luctus publici caeremoniae fiebant. Sic mortuo in oppido Nisabur viro celeberrimo per diem mercatores officinas claudebant, suggestus, super quo in templo orationes habuerat, frangebatur, homines luctus causa sedebant et multa carmina lugubria componebantur Ebn-Challik N. 388 conf. ib. N. 589 l. 6. — lin. 7. In vocibus يوتى الملك من يشاء auctor Corani locum Sur. 2, 248 respicit. — lin. 9. De vocibus وترجع على موضوعها بالنقص conf. p. 30. l. 15. — lin. 19. Verba الشيطان الرجيم e Corano desumta sunt Sur. 3. 31. 15, 17. 81, 25. — lin. 20. Vox عفريت proprie daemonem haud significat; sed versutum, vafrum, malignum. Et quum daemones tales esse putarentur, in eos nomen translatum est. Sed iam in Corano vox in daemonibus adhibita fuit Sur. 37, 39. Daemonem autem inimicum veterem appellavit, quod iam antiquis temporibus daemones cum Satana cohaerentes hominibus infesti putabantur. Hac quoque cum opinione verba cohaerent, quae senex lin. 24. بل عداوتنا جبلية ومبايتنا ازلية dixit conf. Cap. IV huius libri, cui multa de daemonibus insunt. — lin. 26. Metri causa, quod Chafif appellatum est (conf. Darstell. p. 261 sqq.), in voce القد littera Alif sine Hamza enuncianda est. Posterius hemistichium significat, beneficia omni modo conferenda esse, et

si quis beneficium ita collocaverit, ut inutile videri possit, tamen praemium eius haud defuturum esse. — lin 27. Daemonem ex periculo liberatum cum servo, quem quis emit et manumisit, comparavit auctor. — lin. 30. Daemoni, quum deserta incolere putabatur, auctor noster viarum notitiam tribuit, ut dicat: aut si in via erraveris. — lin. 31. Auctor dixit, te ad viam tuam ducam, propterea quod daemones in desertis degere putabantur. Sic regio arenosa Jabrin appellata tota a daemonibus obsessa putabatur. Haec est causa, cur daemon struthiocemeli formam induisse putaretur Meid. C. 6, 75, struthiocameli enim in desertis degunt.

Pag. 37. lin. 3. 5. Auctor verbis قُرْعة et قَرْعة ludit. — lin. 6. Loquendi modus احاطت به e Corano desumtus est conf. Sur. 2, 75. In uno codice pro voce الطوايح legitur السوايح, cui voci fluctus significatio tribuenda est. — lin. 11. وانى الان اصرعه بين يديه. Haec verba opinione nituntur, quosdam morbos ut epilepsiam a daemonibus adferri Abulfed. Ann. T. III p. 202 adn. p. 685. Acta eruditorum Dec. 1747. Meid. 6, 75. (T. I p. 364 sq.) et in Novo Testamento Marc. Cap. 5. — lin. 15. Vox الكرامة significat, virum rem extra consuetum agendi modum peregisse, quam nonnisi viro pio ope Dei facere licet. In libro تعريفات sic definitur: هى ظهور امر خارق العادة من قبل شخص غير مقارن بدعوى النبوة — lin. 17. Verbo اسبل in terram decidendi significatio danda est, quae significatio a pluvia in virum traslata est. — lin. 18. Auctor تعديل مزاجه dixit, quod medici in eo, quod humores in corpore humano haud recte mixti essent, morborum causam viderent. — lin. 21. Vox الدعوة Dei invocationem, qua quis a Deo in re auxilium petit, designat. Viri autem pii preces exaudiuntur. — lin. 24. Verba حتى يخرج السهم من الفوق a proverbiali loquendi modo يرجع السهم على فوقه „donec redit sagitta super crenam suam“ de re, quae nunquam fit, adhibita desumta sunt conf. Meid. T. I p. 359. — lin. 25. Priusquam vir Deum hanc ob rem invocaret, se mundaret precesque faceret, necesse erat. — lin. 28 sq. Daemones ex igne creatos esse, in Corani loco Sur. 55, 14 legimus: وخلق الجان من مارج من نار „Et creavit daemones ex puro igne (sine fumo). Primum autem hominem e terra creatum esse, in Corano Sur. 3, 52 invenimus. — lin. 30. Verba متى احب مشرقى اهل الشام proverbio similia sunt ليس الشامى للعراقى برفيق „Non est Syrus Iracensi socius“ conf. Meid. T. II p. 570. Oriente autem regiones trans Euphratem sitae designantur confer Vita Saladini p. 47.

Pag. 38. lin. 2. Verbis وتركب من صاحبه على الصهوة „et amor in medio dorso socii sui vehitur“ dicere vult, amorem viri animum haud occupasse; sed externis rebus niti. Qua in re causam esse, cur mox minimam ob rem mutetur. — lin. 9. Morbus nomine alopeciae appellatus efficit, ut crines elabantur conf. Plinii hist. nat. XX, 5 et cap. XXII 21. — lin. 11. Metrum versus Redjes appellatum est conf. Darstell. p. 231. Posterior eius pars proverbium respicit: اذل ممن بالت عليه الثعلب „Vilior, quam is, super quem vulpes mingit“ conf. Meid. T. I p. 514 T. II p. 418. Hoc autem proverbium inde quoque originem habere videtur, quod vulpi timiditas tribuitur conf. Meid. T. 1. p. 328. — lin. 12. Vox اخفا aut significat „occultaverat“ aut est pro اخفأ „destruxerat.“ — lin. 13. Vox نصلت hoc in loco eandem significationem habere videtur, quam تنصلت „liberatus eris.“ — lin. 17.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000037

Metrum versus Basith appellatum est conf. Darstell. p. 190. — lin. 18. Si legendi modus استنخى, qui in codicibus invenitur, rectus est, vox nullam significationem habere potest, nisi excitandi; sed fortasse استنحى legendum est cum significatione movendi, quam prima verbi forma habet. Quum dolum cum ignitabulo auctor compararet, e quo ignis elicitur, verbum استورى adhibuit. — lin. 22. De voce بالط conferas p. 20 l. 19. — lin. 24. Vox والرابحة, quae ob homoioteleutum in fine locum obtinuit, cum voce الغادية coniungenda est. — lin. 26. Voci حلال hoc in loco eadem mariti significatio quam voci حليل tribuenda est conf. p. 105 l. 25. — lin. 27. „Et non cessavit ei admetiri ex promtuariis horum dictorum vanorum et replere manicas prudentiae eius ex fodinis harum adulterationum.“ Auctor vocem اردان adhibuit, quod in manicis rem portare solebant et voce معادن usus est, quod vox تمويه de adulteratione metallorum adhibetur. — lin. 29. Verbo استكن hoc in loco quiescendi significatio danda est conf. Har. p. ۲۰۹ l, 2. — lin. 31. Vox ترى videtur pro اترى „Num vides?“; sed quamquam feminam alloquitur, tamen formam masculini pro ترين adhibuit eodem modo, quo Meid. T. I p. 235 factum est (No. vv).

Pag. 39. lin. 2. Voci الضرائر duplex significatio aut rerum necessariarum aut concubinarum i. e. uxorum, quas Mohammedano praeter uxorem priorem habere licet, tribui potest. In proverbio dicitur: بينهم داء الضرائر „inter eos est morbus mulierum cum aliis communem maritum habentium,“ quod inter tales mulieres odium et invidia esse solet. Quam ob causam uxori patientia opus est. — lin. 3. Voci النجوة eadem quam voci النجو „arcani inter duos“ significatio tribuenda est. — lin. 4. Verba الا ما اطلعها على هذه الاسرار sic verto: „Nisi ei secreta haec prodidisset“ vocem ما pleonasticam putans, dum auctor post phrasin alteram propositionem omisit talem: nisi ei secreta haec prodidisset, eum officio vicinitatis haud satisfecisse. — lin. 6. Vox ست seriore tempore ex voce سيدة orta est. — lin. 8. Vox الخطابة feminam designat, quae mittitur, ut pro aliquo feminam in matrimonium petat. — lin. 12. وموافقة السنة والجماعة „Et consentire cum iis, quae Mohammedes dictis factisque docuit, et cum doctoribus orthodoxis.“ Auctor hos duos legum fontes, Corano omisso, memorasse videtur, quod in his de iis potissimum sermo est, quae in matrimonio observanda sunt. — lin. 13. Verba ان الحلال جدع انف الغيرة Mohammedes dixerat nocte, qua eius filia Fathimah Ahlio nupta fuerat. Postea in proverbii consuetudinem venere conf. Meid. T. I p. 288. Verborum sensus est: Quum marito meo alteram uxorem ducere licitum sit, zelotypiae locus non est. Verba وما يمكن etc. sic vertenda sunt: Non est is vituperandus, qui omnes ritus sacros ad peregrinationem spectantes absolvit (aut res licita); sed hoc est indicium taedii et omnis, qui amore tuo impletum se esse contendit et ad aliam inclinat (verba ومال الى سواك ex codice meo addo) et amicitiam contrahit in via tua et si sit cum dentiscalpio alius quam tu es (aut sic: et dentiscalpio cibus exemit in via tua et si sit cum dentiscalpio dentifricii). Auctor more suo, sed non semper probando, duplici significatione vocum تخلل, خلال et سواك ludit. Sic quoque ludit verbis قلاك „odit te“ et قلاك „coxit te.“ — lin. 32. Verbis ويفتل etc. auctor proverbium فتل فى ذروته „fricuit eius summum gibbum“,

(quod vero apud Samachscharium sic legitur: فتل فى ذروته وغاربه „fricuit eius gibbum et collum“) respicit. Dicere vult, vulpem eam instigasse, quemadmodum vehens camelum instigare solet. — lin. 25. Vocibus فرض et نفل res lege praescriptae tam necessario servandae quam laudandae et spontaneae designantur. Auctor iis adhibitis significare vult, rem omnino absolutam esse. Voces وارض الله واسعة proverbialis loquendi modus sunt, de quo confer Meid. T. III P. 1 p. 10. — lin. 27. Verba ويخدم كلبك وجارك „et servitia praestat cani tuo et vicino tuo“ significant, eum ipsi tam deditum et submissum futurum esse, ut non solum ipsi servitia praestet, verum etiam eius cani et vicino. — lin. 27. Verba ودماغ دبرك زبيرا obscura sunt, ut, quid significent, dicere non possim; nam, quomodo vocis دماغ significatio (cerebri) cum significatione vocis دبر (posterioris partis aut podicis) cohaereat, non video. Nescio quoque, quaenam vocis زبير hoc loco significatio sit.

Pag. 40. lin. 2. Proverbium, quod auctor respicit, in Meidanii opere sic legitur: ما نى دخول النار نى طنز مالك „Me non adficit introitus in ignem, me adficit Malici ludibrium“ Num auctor proverbium homoioteleuti causa mutaverit an proverbium in hominum ore mutatum sit, dubitari potest; mihi hoc verosimilius videtur, nam proverbia usu mutata esse dubio caret conf. Meid. T. III P. 2 p. 69 sq. Cur in proverbio Iudaeorum mentio facta sit, nescio; sed me proverbii sensum, ratione habita eorum, quae anas antea dixerat, recte intellexisse haud dubito. Malicus autem angeli nomen esse dicitur, qui igni inferno praesit conf. Sur. 43, 77. — lin. 11. De vocibus منك واليك conf. p. 16. 40. — lin. 12. Verba etc. لو امكننى لقتلته vertenda non sunt „si potestas mihi fuisset, eum occidissem“; sed potius vertendum est: Si possem, eum occiderem conf. De Sacy Gram. Ar. T. I p. 164. — lin. 16. Cur auctor ضرة هند „O tu, quae cum Hinda communem maritum habes“ dixerit, haud liquet; Hind enim frequens feminarum nomen Arabibus est. Vulpes antea dixerat, maritum filiam regis in matrimonium petiisse (conf. p. 39 l. 7). Videtur igitur auctor Hindam haud ignotam respexisse. Hind nomen erat matris Amrui b. Hind, cuius in proverbiis Meid. T. II p. 372. 645 mentio facta est. Num haec an alia sit, quis pro certo adfirmare potest. Sunt enim praeter hanc aliae huius nominis feminae. Hinda mater Moahwijahi erat confer Dozy Ebn-Ahbdun p. lv. Uxor Hedjdjadji quoque hoc nomine usa est Meid. T. I p. 242 et denique uxor Hodjri nomen Hind-Alhonud gerebat Meid. T. II p. 550. Sed auctorem Hindam, filiam Chossi, voluisse, maxime placet, quippe quae libidinosa esset. Interrogata, cur ipsa, gentis princeps, amori se dederit, respondit verbis: قرب الوساد وطول السواد „propinquitas pulvinaris et longitudo sermonis in aurem“, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt Meid. 21, 14. — lin. 16. Vox التلاق homoioteleuti causa pro التلاقى est. — lin. 17. Vox اكسير est Elixir s. lapis philosophalis; sed nescio, num auctor vocem cum voce الموت recte coniunxerit; dicitur enim de re bona ex. gr. اكسير الدولة — lin. 21. Quamquam in aliis locis vox جميلة pulchre agendi rationis significationem habet conf. p. 31 47. 61; tamen hoc loco verba وتحملت جميلته vertenda videntur „et edit eius adipem liquefactum“, nam apud Plinium hist. natur. XXVIII c. 11 vulpium adeps laudatur; nisi potius legere vis تحملت منه جميلته „permisit, ut ipsi eius

beneficium imponeretur“ quemadmodum p. 62 l. 35 scriptum invenimus. — lin. 23. Vox تستكين hoc loco est pro تستكن „quiesceret.“ — lin. 24. وفارقها على هذا القرار „Et eam reliquit hoc solatio adlato.“ — lin. 27. Verba „Et facta est sicut dies hesternus, qui praeteriit“ proverbii verba respiciunt: ذهب امس بما فيه „Abiit hesternus dies cum rebus in eo“ Meid. T. I p. 496. Vox تمثيل Narratio est, quâ una res cum altera comparatur, conf. p. ۴۴ lin. 16. — lin. 29. Vox هار est pro هاير „corruens.“ — lin. 30, Vox المرتب „stabilitus, dispositus“ cum voce الشفيف haud bene coniuncta est. In homoioteleuto causa quaerenda est, cur auctor vocem coniunxerit.

Pag. 41. lin. 1. Vox تقويم seriore aetate narrandî significationem obtinuit — lin. 2. 3. Voces سعيد الطالع سديد المطالع „vir cuius horoscopus felix erat et cuius siderum ortus bene directi erant“ ad astrologiam spectant; quippe Arabes sidera in hominum fata vim exercere putabant, conf. p. 11. — lin. 4. Vox تفرس „scientia فراسة (physiognomice) internum animi statum cognoverat.“ De hac scientia confer Hadji-Chalifa T. IV p. 388. — lin. 7. Voces المال ميال proverbialis loquendi modus sunt, de quo confer Meid. T. II p. 740. In his et sequentibus verbis verborum lusus est. — lin. 14. Verba السفر محك الرجال „Iter virorum lapis lydius est“ verbis proverbii similia sunt; السفر ميزان السفر „Iter trutina iter facientium est“ Meid. T. I p. 630. — lin. 20. Versum, qui Miscini Daremitae est, auctor p. 10 iam adnotaverat. — lin. 22. Verba رب اخ proverbialis loquendi modus sunt, qui Meid. T. I p. 529 invenitur. — lin. 29. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. — lin. 31. Versuum metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162.

Pag. 42. lin. 3. Versus metrum Basith appellatum est conf. Darstell. p. 195. — lin. 5. In vocibus قفر فقره est verborum lusus, quippe ambae voces iisdem litteris compositae sint. Voci تعيس eadem significatio quam voci تاعس infelicis, pereuntis tribuenda est. — lin. 10. Avis Kirilla est aquatica, quae piscibus nutritur, admodum cauta. In Kamusi opere sic describitur: „Semper meticulosa in aquae superficie conspicitur in uno latere, dum uno oculo cupidus fundum aquae perscrutatur; alterum autem cautus in aerem attollit.“ Plura proverbia hanc ob causam orta sunt: احذر من قرلى „Cautior quam Kirilla“ اخطف من قرلى „Magis abripiens quam Kirilla“ et اطمع من قرلى „Avidior quam Kirilla“ conf. Meid. T. I p. 410. 466. T. II p. 51. Verba autem auctoris nostri a femina Ebnat-Alchoss prolata dicuntur conf. Meid. T. I p. 410, ubi pro voce تعالى legitur تولى. De femina Ebnat-Alchoss appellata confer Meid. T. II p. 33 adn. T. I p. 56 adn. — lin. 14. Auctor divitias commeatum alterius mundi appellat propter eleemosynas pauperibus datas; mors autem iter in alterum mundum est. Verbis عوارف ومعارف ludit. Voci معارف autem duplex significatio tribui potest aut locorum cognitorum et notitiarum aut facierum ut وجوه. — lin. 17. Vox حساب computum factorum pravorum in altero mundo spectat; nam dies resurrectionis, quo ille computus fit, يوم الحساب appellatur. — lin. 19. 20. Locus Corani sic Sur. 70, 36 legitur: فما للذين كفروا قبلك مهطعين عن اليمين وعن الشمال عزين „Quid est iis, qui increduli sunt, quod circum te properant et dextero sinistroque latere congregati sunt.“ Initium loci paulum mutavit auctor,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000040

ut cum prioribus verbis coniungeretur [1]). — lin. 23. Voces ماء وجهك »aqua faciei tuae« honorem viri designant. — lin. 25. Locus وشرح etc. sic vertendus est: »Et explicavit (exemplis suis) textum libri hippodromus lusus et repetivit hic iuvenis e libro iurisprudentia ludi caput profanandi et socordiam adorandi.« Respicere videtur auctor titulos librorum, quos auctores de lusu scripserunt. — lin. 24. Vocem مريض aegrotus in hoc iuvene adhibuit, quod falsa agendi ratio morbus animi in Corano appellatur Sur. 2, 9 et plurib. loc. — lin. 26. Verbis فخلا له ولهم الجو etc. auctor proverbium respicit: خلا لك الجو فبيضى واصفرى »campus tibi liber est (o alauda!); ova igitur fac et pipi!«, quod Meid. T. I p. 432 legitur, et quendam arbitrio suo uti posse significat. — lin. 28. Verbum طرّب hoc loco »aliquem bene cantasse dixit« significat. — lin. 31. فاحفظ ما لك وما عليك »et conserva id, quod alii tibi debent et quod tu aliis praestare debes.« — lin. 32. In verbis كوديقات etc. auctor illos cum camelis feminis libidinosis, quae admissarium circumdant, comparavit.

Pag. 43. lin. 1. Voces كسير وعوير e proverbio desumta sunt: كسير وعوير وكل غير خير »Fractum habens lumbum et monoculus et omnes pravi«, quod Meid. T. II p. 339 legitur. Proverbium designat, omnes pravos esse. Aliis voces كسير وعوير lumbum fractum qui habet, virum et monoculum designant; aliis كسير وغوير nomen scopulorum duorum inter Bazram et Ohman in sinu Persico navigantibus periculosorum sunt. — lin. 3. Verba راس مال etc. sic vertenda sunt: »Fundus opum amoris eorum est id, quod tu possides et fundamentum aedificii benevolentiae erga te est opulentia, qua uteris.« — lin. 4. In verbis مربوط وعقد احلوا et انحلوا auctor ludit. Locus sic vertendus est: »Et efficient, ut subsistas in villis (عُقَد) calamitatum ligatus et ipsi solventur (a te).« Sed, num عقر »locus habitationis« legatur, dubito. — lin. 5. Vox السام homoioteleuti causa pro السامى scripta est. — lin. 6. Auctor ludens vocibus نابك dixit, »qua in re solvenda dens tuus nimis debilis est«, quod in solvendo nodo difficili dens adhibetur. — lin. 7. Cum uno codice او تكذيب وتصديق legendum puto, ut voces verbis او النسعة والضيق magis conveniant. — lin. 10. De vocibus سنتك وفرضك prope idem dicendum est, quod de vocibus نفلك وفرضك conf. 14. 39. De voce اخلاص confer p. 1. 7. 31. — lin. 11. Verba ينسج etc. sic vertenda sunt: »et texit pannum amoris duplici facie et loquitur sicut immissus in atramentarium duabus linguis.« Calamus, scriptorius qui in atramentarium immittitur, duabus cuspidibus instructus est. — lin. 14. Versus metrum Thawil appellatum est conf. Darstell. p. 162. — lin. 25. Voces ابيض ووجه اعتقادى e Corani loco Sur. 3, 102 يوم تَبْيَضّ وجوهٌ وتَسْوَدّ وجوه etc. explicandae sunt.

---

1) In commentario Beidhawii locus sic explicatur: فما للذين كفروا قبلك حولك مهطعين مسرعين عن اليمين وعن الشمال عزين فِرَقا شتّى جمع عِزَة واصلها عِزْوة من العَزْو وكانّ كل فرقة تعتزى الى غير من تعتزى اليه الاخرى كانَ المشركون يجتمعون حول رسول الله صلعم حَلَقا حلقا ويستهزؤن بكلامه.

Pag. 44. lin. 5. Auctor modo minus laudando aurem cum ore comparavit utens vocibus ترشف et ثغور — lin. 6. واضراسه كاكجن حرافيش بغداد قاطعة Vox حرنفش in lexico nostro neglecta iniustum, crassum, magnum designat. Inde plurales حرافش et حرافيش derivari possunt, quod a vocibus, quae plures quam quatuor litteras habent, si pluralis formatur, una littera abiici potest conf. De Sacy Gram. Ar. T. I p. 377. Nec non voces حرفش et حرافش, a quibus pluralis حرافش et حرافيش formari potest, Firuzabadio auctore viperam designant. Et quum daemonum pars a nonnullis serpentes putarentur conf. p. 25 l. 29, hanc viperarum significationem hoc in loco praeferendam puto, ut locus sic vertendus sit: Et gliris dentes molares sicut dentes daemonum viperarum in oppido Bagdad secantes sunt. Auctorem Bagdadensibus pravum tribuere, iam vidimus conf. p. 32. Est autem daemonum species غول appellata, quorum dentes cum cuspidibus caeruleis sagittarum comparantur conf. Diwan Amrul-Kaisi p. ٣١. — lin. 9. Vox اماه est pro امى et vox هنتاه pro انت, dum eodem modo, quo in nominibus pro suffixo primae personae syllaba اه additur conf. Gram. Ar. T. II p. 90. — lin. 13. Auctor verbis حالك الحالك ludit; status autem niger statum infelicem designat. — lin. 14. Versus metrum Wafir appellatum est conf. Darstell. p. 204. — lin. 17. Versus metrum Thawil est ib. p. 162. — lin. 27. Verbum انن „precum tempus annuntiare“ hoc loco haud bene in opibus adhibitum videtur. — lin. 29. Vertas: Et is versum recitans ad doctrinam suam (de opibus perdendis) alios direxit (quippe quam doctrinam rectam esse putaret). — lin. 30. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190.

Pag. 45. „Et erogaverat flavum et album (aurum et argentum) in acquirendo rubro et viridi (vino).“ Voce viridi vinum album significari videtur. — lin. 4. Versus, cuius metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162., Ahmiro b. Alharits Djorhomitae (conf. Hamas. T. II P. 2, 302.) tribuitur conf. Gagnier Vita Mohammedis p. 13. Vox الحجون nomen montis Meccani, in quo coemeterium est. Vox الصفا nomen loci Meccani est, in quo caerimoniae sacrae perficiuntur, in pede montis Abu-Kobais. Mons hic urbi in Oriente imminet. — lin. 6. De vocibus لاولئك الجمع conf. p. 27. — lin. 7. Auctor vocibus غادر من غدير ludit; alioquin voces comparando minus aptae adhibendae non sunt. — lin. 10. بدر التمام est luna plena pleno lumine lucens. — lin. 12. Hemistichium metri Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 25. Res huic simillima apud Meidanium T. I p. 119 narrata est.

Pag. 46. lin. 1. Vocibus واعظمْ etc. formula admirandi continetur, de qua confer de Sacy Gram. Ar. T. II p. 218. — lin. 8. 9. „Et fluxit (cucurrit) calamus scriptorius decreti divini cum eo, quod decreverat.“ Arabes hominum fata in libro decretorum divinorum notata esse putabant conf. l'Alcoran par du Ryer T. I p. 209. — lin. 11. De voce جناب confer p. 17. 66. Accusativum مقتولا e verbo كان omisso pendere puto. — lin. 24. Vox ماهية seriore aetate ortum nomen ex voce ما quid? et هى est. — lin. 28. De vocibus حبا وكرامة confer p. 28.

Pag. 47. lin. 1. Voces الامر الحامل designant rem, quae eos ad veniendum impulerat. — lin 7. Vox واسوتاه composita ex vocibus وا, سوءة et اه vertenda est: „Oh! malum, proh! dolor.“ conf.

Calil. w. Dimnah p. 54. 212. — lin. 8. Verba رسايل اخوان الصفا titulus libri sunt, quibus plures tractatus varii argumenti continentur. De auctore aut auctoribus huius operis variae sunt inter Arabes opiniones. Pars huius operis cum titulo تحفة اخوان الصفا Calcuttae anno 1812 typis impressa est conf. Praefat. p. VII sq. et append. p. ۴۳۹. — lin. 10. Voces طريفى وتلادى designant opes denuo acquisitas et haereditate acceptas. In singulis verbis انزه من جنان الابرار وافسح من جنان الاحرار homoioteleutum est simulque in vocibus جِنان et جَنان verbi lusus. — lin. 19. Versus metrum Chafif est conf. Darstell. p. 262 sq. Simili modo, ut in versu, voces repetitae inveniuntur p. ۴۹ l. 25. Posterius hemistichium modo ellipsis intelligendum est, ut talis sensus prodeat: Sic sit, necesse est; sin aliter res se habet, haud bona est. — lin. 23. In voce وزاده duplex sensus est, ut vox cum voce عتاده tanquam nomen „commeatum suum“ aut tanquam verbum „et auxit id“ cum verbo جعل coniungatur. — lin. 27. Verba ودارت بالسعود افلاكهم „et eorum orbes caelestes cum fortuna secunda circumversi sunt“ ad modum spectant, quo hominum fata cum sideribus et orbe coelesti cohaerere putabantur. — lin. 29. وشرف كل راو وسامع „Et nobilitavit (v. veste honoris donavit) quemlibet narratorem et auditorem.“ Verba, quae protulit, cum vestibus honoris causa datis contulisse videtur, quibus tum ii, qui ea retulissent, tum ii, qui ea audirent, ornarentur. Num verba والحمد لله usque ad finem auctoris libri sint, an a scriba addita, dubitare licet.

Pag. 48. lin. 1. Nisi auctor ob homoioteleutum vocis حمده vocem خمده adhibere debuisset, vocem شفاه haud aptam cum voce خمده haud coniunxisset. — lin. 3. Vox خاقان nomen non est; sed titulus, quo summus imperator, cui principes submissi sunt, apud Turcas praecipue appellatur. — lin. 4. Singulae voces in phrasibus بمرسم العدل معروف وبقصم الجدل موصوف homoioteleuto gaudent. Auctor ludit verbis كسر et قصر, ea coniungens cum Persarum Cosroibus (كسرى) et Graecorum Caesaribus (قيصر). — lin. 5. Auctor verbo فغر et voce الفغافرة, (a voce فغفور titulo regum Sinensium) ludit. Terras autem, quas huic regi subiectas esse dicit, sunt terra الختن et terra الخطا. In Abulfedae opere p. ۵۰۴ ختن (Chotan) nomen urbis esse legitur in extrema terra Turkestan sitae. Vocibus autem بلاد الخطا aut Chinae regiones septentrionales aut terra extra ditionem Chinensem versus septentrionem sita designantur conf. Abulf. Geogr. p. ۳۶۷. Urbs خان بالق apud terram الخطا sita est in extremo mundi Oriente ib. ۵۰۵. Vocem الجتا, quae in libris Geographicis, quod scio, haud invenitur, Getas antiquos designare, vix dubito. Fortasse hoc nomen Tatarorum parti datum est. Vox الدشت, quum sit coniuncta cum voce القفار, hoc quidem in loco campi significationem habet, simulque autem auctor regionem Asiae nomine الدشت الكبير notam respicere videtur. Gentes autem Gog et Magog (ياجوج et ماجوج) in septentrione regni Chinensis habitare dicuntur conf. Abulf. Geogr. p. ۳۹۳. In Kosmographia Kazwinii p. ۴۱۹ gentes duae Turcarum e sobole Jafeti oriundae dicuntur, quae climatis septimi partem orientalem habitaverint. — lin. 7. Ut autem regni magnitudinem describat, dicit „Quasi is haeres sobolis Jafeti fuisset.“ Arabes Hebraeos secuti omnes homines a tribus patribus Semo, Hamo et Jafeto originem duxisse putabant. Auctor igitur dicere vult, eum omnes gentes a Jafeto oriundas in ditionem suam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000043

redegisse. — lin. 7. Verba فقوى فى اخذ etc. sic vertenda puto: Et (rex) robustus erat (potens), dum regnum e regionibus imperii Chinensis cepit; nam cepit dextera manu id usque ad extremum Septentrionem. Regnum illius regis tantum fuisse dicit, ut ab Austro incipiens usque ad extremum Septentrionem extenderetur. — lin. 10. Versus metrum Camil appellatum est conf. Darstell. p. 212. — lin. 18. Verba لا بـد للمراة من زوج يلمها ويسترها اذ يضمها „Sed feminae maritus necessarius est, qui eam colligat et qui eam tegat, quum eam ad se attrahit.“ Feminam, quae marito caret, cum parte dispersa rei comparat, cuius altera pars maritus sit. Verba autem: „Et bonus gener est sepulchrum et aloe dulcior quam filia est“ sic intelligo, ut tum molestias, quas gener socero paret, tum curas et sollicitudines, quae patrem puellae premant, expresserit auctor. Patrem praeferre, si filia mortua sit, quam si innupta manserit et alois saporem non tam amarum esse, quam filiam innuptam patri ingratam. — lin. 20. De voce فرضك confer p. 14. 43. — lin. 23. Filia, ut, quae dicat, certa putentur, Corani locum Sur. 18, 44 citavit et talem quidem, qui seriore effato abrogatus non sit. Talis locus محكم الكتاب appellatur. In Corani loco autem vocibus الباقيات الصالحات sine dubio bona opera ex. gr. quinque preces per diem, iter sacrum Meccam faciendum, ieiunium mensis Ramadhan aliaque significantur.

Pag. 49. lin. 1. واسال etc. sic vertenda sunt: et a rege tanquam eleemosynam et a patre tanquam misericordiae factum peto ..... Verba والمبادرة verto: „et festinare in me tanquam merce vendenda, quomodo hoc accidere potest?“ nam voces الى تروجى cum voce المبادرة coniungendas puto. — lin. 5. Verba لا تحمل etc. sic verto: „Ne tribuas id, quod tibi oppono, meae prave agendi rationi.“ — lin. 7. Auctor, ut vocibus انشاب الانساب ludat, pluralem انشاب formavit conf. p. 55 l. 20. — lin. 8. Locus e Corano citatus est فاذا نفخ فى الصور فلا انساب „Quum cornu inflatur, generis non erit ratio“ Sur. 23, 103. Mohammedani diem resurrectionis tribus (aut duobus) sonis cornu inflati indicari putant conf. l'Alcoran par du Ryer T. I p. 167. Verba من بطا به عمله etc. sine dubio Mohammedis sunt traditione conservata. — lin. 20. Voces فى زوايا الياس „In angulis (monasteriis) desperationis.“ Vocem الياس, quam in libro اصطلاحات الصوفية, quem anno 1845 cl. Sprengel Calcuttae edidit, frusta quaesivi, tamen sensum mysticum habere puto. — lin. 24. Vox موافى pro موافى est, et sic مكافى pro مكاف. In singulis vocibus البدر, القدر et الصدر homoioteleutum est. — lin. 28. Auctor ludens vocibus اعرض et عرض dixit: declinavit a lapidibus pretiosis bonorum mundanorum. — lin. 29. Vox كرخ est nomen partis occidentalis urbis Bagdad. Cur auctor, qui contra Bagdadenses iratus esset, cum hoc loco vocem العبادة coniunxerit, dubito. Plures autem sunt loci huius nominis, ut كرخ باجدّا in loco Sorra-man-raah et كرخ جُدّان prope ad locum خانقين et كرخ الرقّة in Mesopotamia et كرخ مَيْسان in regione Sewad-Alihrak et كرخ خُوزَسْتان, qui in Kamusi opere adnotati sunt. In Meninskii lexico voci mansionis, habitaculi seu turriculae aedibus adstructae, tanquam e Castelli lexico desumta significatio tribuitur; sed in Castelli lexico nonnisi hospitii significationem cum aliis locorum inveni. Loci nomen tum contextui verborum magis quadrare, tum auctorem loci noti nomen ante oculos habuisse veri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000044

similius videtur. Si recte virum postea appellatum Mohommedem b. Alhasan Schiitarum Imamum duodecimum fuisse coniicio, cuius reditus e cella subterranea, in quam intrasse dicitur, exspectatur, quam ob causam quoque المنتظر (exspectatus) cognominatus est; locus ille in oppido Sorra-man-rah, ubi illa cella subterranea est, auctori scribenti ante oculos fuisse videtur. Vox الاجتهاد (conf. p. 5) usu technico significat studium, quo quis, dum varios sensus in Corano interpretando admittit et varias lectiones sensusque in verbis traditionis, caeterarum rerum comparatione instituta, verba interpretari cupit. — lin. 31. Vir Mohammed b. Alhasan est ille Schiihtarum Imamus duodecimus, qui natus anno 256 aetate septemdecim annorum anno 275 (sed opiniones de persona et re discrepant) in cellam illam intrasse narratur, ut ab hominum conspectu omnino remotus, a Schiihtis postea semper exspectetur conf. Ebn-Challik Num. ٥٣٣ ed. cl. Wüstenf. De Schiihtis confer Sharestani P. 1 p. ١٠٨ sqq. ed. Cureton. Viri autem Ibrahim b. Adham in oppido Balch nati, postea in Syria viventis, in Abulfedae Annal. T. II p. 42 et adnott. mentio facta est. Remotus ab hominibus cultui Dei omnino se dedidisse narratur. In cl. Wüstenfeldi additamentis p. 14 eum anno 160 diem obiisse legimus.

Pag. 50. lin. 2. Verba وافق شن طبقة proverbium sunt, quod Meid. T. II p. 800 legitur. Schannus viri nomen erat, qui uxorem petens, Thabakam appellatam sibi convenientem puellam invenerat et in matrimonium duxerat. Hic verba interpretandi modus, nam proverbii verba vario modo interpretantur, unice in locum nostrum quadrat. — lin. 4. Verba وما سها عما عليها وما لها sic verto: Et haud neglexerat tam officia, quae aliis ab ea praestanda erant, quam officia ei praestanda.“ — lin. 6. „Et reditus statuum nostrorum per felicitatem domini nostri in albo securitatis descripti sunt et monilia vitae nostrae per dexteram eleemosynarum tuarum in collis commodae vitae haud dissoluta.“ Comparatione instituta haud ex omni parte aptâ et hanc ob causam difficili intellectu dicere vult, statum suum talem esse, ut, quum reditus, quos a domino felici habeant, securi sint, nil timeant et misericordiam eius effecisse, ut commodâ vitâ fruerentur. — lin. 26 sq. Auctor vocibus القصور et الجنان ludit. — lin. 29. Voces اذل من افحوص قطاة واقل من عش بزاة proverbia rodolent; sed inter proverbia eas haud inveni. — lin. 31. Versus metrum Motakarib appellatum est conf. Darstell. p. 280 sqq.

Pag. 51. lin. 4. Versus metrum Motakarib est ib. — lin. 8. Versuum metrum Camil est ib. p. 212. — lin. 11. Versus sic vertendus est: „Et simul eius reverentia et scientia abundans quemlibet in locum attollit, quo dignissimus est. — lin. 14. Verba ولا يملا جوف ابن آدم الا التراب „hominis ventrem nonnisi terra implet“ i. e. eius cupiditas nonnisi morte expletur, Mohammedis sunt traditione conservata.

Pag. 52 lin. 1. Locus Corani citatus Sur. 51, 55 legitur. — lin. 7. Versus metrum Camil est ib p. 212. — lin. 9. Versus metrum Thawil est ib. p. 162. — lin. 15. الا فى الجماعات والجمع „nisi in coetibus orthodoxorum et diebus Veneris, quibus preces publice fiunt.“ Versuum metrum Ramal appellatum est conf. ib. p. 133. A. c. — lin. 22. Vox جوبان „pastor“ Persica est conf. Chrest. mea (fabulae Lokmani) p. 68. — lin. 25. Locus Coran

verbis اطيعوا الله incipiens Sur. 4, 62 legitur. — lin. 28. Verba كلكم راع وكلكم مسئول عن رعيته Mohammedis sunt traditione conservata. — lin. 29. In verbis وترفل من وجوه الطاعة فى مطارفها „(Si non) vestes earum (pecuniarum), quae modis obedientiae erga Deum confectae sunt, humi trahens incessit“ obedientiam ergam Deum cum vestibus comparavit et, ut obedientiam perfectam exprimeret, vestes longas per humum trahi scripsit. — lin. 31. Verba يوم يحمى usque ad vocem تكنزون in Corano Sur. 9, 35 leguntur. Vox عليها ad voces الذهب والفضة referenda est. Quod autem auro et argento voces الدنانير والدراهم (Drachmas et Denarios) intelligendae sint, auctorem suffixum feminini adhibuisse, in commentario Beidhawii legimus.

Pag. 53. lin. 4. Locus e Corano citatus legitur Sur. 35, 5. Vox الغرور triplici modo in Corani loco explicatur. Cum vocali Fatha enunciata eum designat, qui vanarum rerum desiderio homines implet i. e. Satanam, cum vocali Dhamma enunciata aut nomen actionis est spem in rebus vanis positam designans aut pluralis vocis غارّ, ut res vanae mundi designentur. — lin. 5. Vox الفتاوى aliter iurisconsultorum sententias prolatas significans, hoc loco consilia bona designat. De voce للختن, qua ludit auctor, confer p. 48. — lin. 16 sqq. Verba وحسبنا usque ad finem capitis, auctoris non sunt; sed procul dubio a scriba addita. — lin. 19. الصديق cognomen Abu-Becri, الفروق cognomen Ohmari, ذو النورين cognomen Ohtsmani, زوج البتول «maritus virginis i. e. Fatimae», cognomen Ahlii est.

Pag. 54. lin. 1. Silentio praetereundum non est, Nunnationem in voce راس cum littera Nun in voce للحاسن homoioteleutum constituere. Vox راس duplicem explicandi modum admittit. Aut genitivus vocis راس (caput) est aut participium verbi رسا (stabilis, firmus fuit). — lin. 2. 3. Verba textus: »Id quod tum acu pinxerat ornans et texuerat eorum (verborum), quorum textor erat et sartor expositionis (narrationis) tanquam vestes honoris causa datas ex sententiis Arabum, Persarum et Turcarum super statura laudis confecerat« sic intelligenda sunt: Auctor sermonem cum tela, quam textor acu simul pingens exornat, comparavit. Verba حاك simplici modo texere, نسج cum arte texere et طرّز ornamenta Persica voce طراز dicta acu pingere significat. Capita autem tria priora libri nostri, in quibus sententiae Arabum, Persarum et Turcarum expositae sunt, cum vestibus pretiosis, quae honoris causa a principibus dabantur, auctor comparavit. Quem autem tanquam horum capitum auctorem appellavit, eum auctor cum sartore comparavit, qui istas vestes super statura laudis conficeret. Quid autem auctor verbis »statura laudis« voluerit, minus clarum est. Nonnisi staturam dixisse videtur, ut corpus adesset, super quo vestes sartor conficeret. Staturam laudis dixit significaturus, staturam laude dignam esse, quo modum, quem in disponendis tribus capitibus secutus esset, tanquam praeclarum describeret. Verbo autem فصل usus est auctor, tum quod ab Arabibus in vestibus, quae ex pluribus partibus consuuntur, adhibitum est, tum quod vox فصل libri caput designat, a qua verbum »libri capita disponere« derivandum est. — lin. 3 4. Primum autem vocibus قَبْل et قِبل ludit, tum ludit vocibus من نيل نواله نول النيل, quae sic vertendae sunt: »ex bono doni sui bonum (s. alveum) Nili.« Verbum autem افاض quum fluvium aquam

copiosam effundere significet, in Nilum, e cuius aqua super campos effusa totius anni fertilitas, pendet, quadrat. Denique autem auctor effecit, ut in singulis vocibus علو علمه etc. homoioteleutum esset simul ludens vocibus عِلْمه et عَلَمه nec non حُكْمه et حِكَمه. Quae autem res causa est, cur singulae voces ut طغو et طمو vocibus, quibuscum compositae sunt, sensu minus aptae videantur. — lin. 5. Cur ex Bagdado pravum daemonem prodire dixerit, iam antea vidimus conf. p. 18. 32. 44. Auctor, eum ex igne sine fumo creatum fuisse dixit, quod in Corani loco Sur. 55, 14 legitur: وخلق الجان من مارج من نار »et creavit daemones ex igne fumo carente.« — lin. 5. Vox مدرك hoc in loco ut vox درك locum imi fundi pec. inferni designat. — lin. 7 sq. Mirum est, quod auctor hunc haereticum primum ex igne creatum esse dixerit, tum addiderit, eum formatum esse (جبل) ex nigredine fumi, ut eius facies nigra evaserit eiusque corpus cinere compositum fuerit etc. Sic sine dubio locutus est, significaturus, in eo naturam hominis daemonisque coniunctam fuisse. — lin. 8. Verba الشيطان الرجيم e Corano (conf. Sur. 3, 31) desumta sunt. Vox الخناس in Corano (Sur. 114, 4) occurrit et eodem loco vox الوسواس de modo, quo diabolus homines in errores ducere putatur, adhibita est. — lin. 9. Auctor Syriam refugium prophetarum sine dubio appellavit, quod geographi Arabum Palestinam Syriae partem esse dicerent conf. Abulfed. Geogr. ٣٣٩. — lin. 11. Loquendi modus ضل سواء السبيل pluribus locis in Corano occurrit ex. gr. Sur, 2, 102. — lin. 12. Verba لشق العصا »ad rumpendum baculum« proverbialis loquendi modus sunt, qui dissensionem excitari significat. In duobus proverbiis apud Meidanium T. I p. 664. 669 occurrit. — lin. 13. Auctor ludens verbis احتمى et حمى, tum verbis شقايق et شقاق dicit, eum se defendisse in loco defenso dissensionis et hypocrisis floribus Anemone dictis. Significare vult, haereticum illum pravas cogitationes specie pulchra occultasse et hypocritam agens haeresin, quam dissensionem haud illicitam appellaret, defendisse. — lin. 14. أو من الجن والبن القازانيين له تربيت. Hae voces magna difficultate laborant. De vocis الجن significatione Arabum lexicographis dubitantibus in Kamusi opere haec legimus: Vox الجن gentem quandam daemonum, a qua canes nigri, muti originem duxerunt, aut inferiores et debiles e daemonum gerere, aut eorum canes aut creaturae inter daemones hominesque locum tenentes designat. Vox البن quum cum voce الجن coniuncta sit, eam similem significationem habere haud dubito. Vocem القازانيين a voce القازان derivatam esse, nemo non videt. Kasan autem est nomen filii Arghuni, qui anno Hedjrae 694 in Persiae imperio successit. Eum igitur sequentes milites القازانيون appellantur conf. p. ٢٥٠ l. 20. et Herbel. biblioth. s. v. Gazan. Urbs Kasan ab hoc viro nomen accepisse videtur. Vox تربيت est pro تربية. — lin. 16. Verbis انا جهينة الاخبار auctor proverbium respicit, quod Meid. 18, 2 legitur: عند جهينة الخبر اليقين »Apud Djohainahum nuntius certus est« (conf. Kamusum s. v. جفينة). Verba significant, apud gentem Djohainah nuntium rei certum esse, ut auctor noster verbis dicere vellet, se rem optime scire. Mosainah gentis nomen est ab Ahmr b. Odd. b. Thabichah b. Eljas b. Modhar originem ducentis. Se Mosainah optimorum appellat sine dubio indicaturus, se regi obsecuturum esse. Gentes Mosainah et Djohainah haud procul ab oppido Medina sedem habentes ex primis erant, quae, Mohammedis fidem secutae, cum eo contra hostes

pugnarunt conf. Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme T. III p. 214. 223; quapropter Mohammedes hasce duas gentes cum duabus aliis clientes Dei appellavit Hamas. T. I p. ١٨٨. Voce الاخيار auctor illas gentes, quae Mohammedi obsequium praestarent, significasse videtur, simul verbis الاخيار et الاخيار ludens. — lin. 21. Verba البعرة etc. proverbialem loquendi modum redolentia in Meidanii opere haud reperiuntur. Sensus est: Ut ex fimo, quale sit animal cognosci potest, sic ex eo, quod dixi, qualis ille vir fuerit, cognoscitur. — lin. 23. ارم ذات العماد. In Corano Sur. 89, 6 haec verba occurrunt coniuncta cum voce عاد (gens Ahd antiqua). Fabulantur Arabes, Ahdi filium Schaddad, regem potentissimum, qui de Paradiso relata audivisset, in deserto Ahdeni locum paradiso similem, cui nomen Irem dedisset, exstruxisse; sed cum gente sua in istum locum profecturum in via periisse. Hunc locum ob aedificia alta aut aliam ob causam cognomen ذات العماد accepisse conf. quoque Kaswini Kosmograph p. ٩. In loco nostro in Syria urbs sita est. Damascum auctor intelligi vult, Damascus enim ob amoenitatem paradisum esse, auctores dixerunt, quos quatuor esse putant Arabes praeter Damasci regionem sc. سمرقند, صغد, شعب بوّان et جزيرة الأبلّة ibid. p. ١٣٩. In Kamusi opere his vocibus aut Damascum aut Alexandriam aut locum in Persia situm significari legimus. — lin. 25. Vox الرافضة partem Schiihtarum designat. Pars autem Saiditarum i. e. incolae oppidi Cufae, qui partes Saidi b. Ahli b. Alhosain b. Ahli secuti cognomen الزيدية acceperant, quum, ut duos chalifas Ohmarum Ohtsmanumque abdicaret, postulassent; ille autem, se hoc facturum negasset, quippe avi sui (Ahlii) Veziri fuissent, eum reliquerunt. Haec cogniminis الرافضة causa conf. Kam. sub voce et Alsharestani libr. T. I p. ١١٩.

Pag. 55. Ex initio paginae iisque, quae ab auctore in priore pagina scripta erant, auctorem personam, quae Damasci doctrina sua multos allexisset, ante oculos habuisse coniicio, nam, si aliter res se haberet, auctor, se librum hac de re compositurum esse, haud dixisset. Talem autem librum inter opera auctoris haud inveni, nisi eum esse vis, cuius a me p. XXXI praefationis sub titulo: خطاب الاهاب الناقب وجواب الشهاب الثاقب »Allocutio corii lacerati et responsio stellae fulgentis« mentio facta est. — lin. 2. Suffixum in voce علمائها non ad vocem المقام, ut videtur; sed ad urbem دمشق, quam auctor cogitat, referendum est. Pluralis دسايس a singulari دسيسة derivandus est, quo occultatio vel res occultata designatur conf. p. ٩ l. 27. — lin. 5. De vocibus حبا وكرامة conf. 28. 46. Daemones hominibus speciebus variis indutos apparuisse, Arabes veteres putabant conf. Hamas. T. II P. 1. 561 Meid. T. I p. 364 sq. conf. quoque Domairii librum, in quo auctor sic scripsit: الجن اجسام هوائية قادرة على التشكل باشكال مختلفة »Daemones sunt corpora aurae similia, quae in varias formas se transformare possunt.« — lin. 7. In verbis فتضلهم ضلالا مبينا locum Corani Sur. 33, 36. auctor imitatus est; in verbis وتاتيهم من بين ايديهم ومن خلفهم locum Corani Sur. 2, 256. — lin. 12. Vox السنة significat doctrinam, quae ex verbis Mohammedis traditione asservatis derivata est; vox الجماعة doctrinam, in qua omnes Mohammedani seu potior eorum pars consentiunt. — lin. 13. Quemadmodum ferrum magnete attrahitur i. e. modo et vi, cui resisti haud poterat. — lin. 14. Verba ضربت اليه اكباد الابل proverbialiter loquendi modus

sunt, quo significant, a locis remotis cum festinatione ad aliquem a multis iter factum esse. — lin. 16. In verbis وتنكست اعلام «Et inversa sunt vexilla« auctor daemonum coetus cum exercitibus pugnantibus comparavit. Arabibus iam antiquis temporibus vexilla in usu fuisse, in Hamâsa T. II P. 2 p. 563 ostendi. — lin. 20. Non dubito, quin auctor Satanam simili modo fuisse, descripserit, quo homines eum cogitarent, ita tamen, ut alias res adderet, alias exornaret. — lin. 21. Ghulos alii animalibus accensendos putant, alii daemonibus. Longi, acuti dentes et caerulei iis tribuuntur, quapropter poeta Amru-l'Kais (Diwan p. ٣٩ l. 14) cuspides cum iis comparavit conf. Ham. T. II P. 1 p. 24. — lin. 25. Vox تمشى voci وقف oppositam habeat, necesse est, significationem »ad incessum incitatus fuit.« — lin. 32. Vocem اتلوى »contorqueo me« sensui minus aptam haud adhibuisset auctor, nisi vocibus ludens simul homoioteleutum ante oculos habuisset.

Pag. 56. lin. 1. Quum vox فواتح primas Corani partes designet, fortasse voce خواتم illi oppositâ postremas eius partes auctor significaturus est. — lin. 5. Auctor virum Abu-Ahli Ebn-Sina in geometria celeberrimum esse dixit. Hic vir anno 370 aut 375 natus in loco Afschena, vico apud Charmatin sito, anno 428 Hamadani diem obiit Eum scientiis mathematicis operam dedisse, scimus; sed, eum in geometria excelluisse, nescimus. Nonnullos quidem libros de quaestionibus mathematicis composuit et de Elementis Euclidis scripsit; sed, eum potius in philosophia et praesertim in medicina magnam famam habuisse, in dubio non est conf. cl. Wüstenfeldi Geschichte der Arab. Aerzte etc. Göttingen 1840 p. 64 sq. Herbel. Biblioth. Or. sub voce Sina, Ebn-Challikan No. 189. ed. cl. Wüstenfeldi. — lin. 9. Pro legendi modo جربوا in duobus codicibus, duo alii جزموا habent. Priori verbo significationem rem experientiâ probatam proferre, hoc in loco tribuo; sed, quum auctor vocibus قاطع et قواطع ludat, alter legendi modus جزموا »abrupit, resecuit (quaestionem)« praeferendus videtur. — lin. 10 sc. ولكل اجل كتاب Et cuilibet termino vitae (fato) liber est i. e. Fata hominum et vitarum termini in libro divino scripta sunt, ut mutari haud possint. — lin. 11. Verba وحافظ العوارض واقيا verto: Et custos rerum accidentium protegens est. — lin. 14. وطالعه فى اقبال »dum eius horoscopus in fortuna secunda est.« — lin. 14. 15. Homoioteleuta in media phrasi reperiuntur in verbis مكسر فوقناه (post quod signum delendum est) et فكسر صوبنا, ut cum versibus, quibus duplex homoioteleutum est, comparari possit conf. p. 7 l. 1. — lin. 16. جانى est pro جان — lin. 20. Verborum lusum transpositis vocibus in loco مساعدته فى معاونته ومعاونته فى مساعدته observes. — lin. 22. Verba ... ولم يقتصر الشارع »Nam legislator haud contentus in decreto divino et horoscopo acquievit; siquidem hoc, legum materiâ remotâ, sapientia creatoris irrita redderetur« i. e. Si omnia, quae hominibus evenirent, ex fato et astris penderent, leges inutiles essent et sapientia Dei in legibus dandis irrita fieret, quippe eadem, sive prave agerent homines sive bene, eventura essent. — lin. 24. Loquendi modus كسر شوكتهم »fregit eorum spinam« ab auctoribus proverbialiter adhibitus est, ut significet, vim eorum fractam esse, ut nocere haud amplius possent. — lin. 25. Poeta Salm b. Ahmru appellatus cliens gentis Taim b. Morrah, tum cliens Abu-Becri chalifae,

Bazrensis tempore Ahbbasidarum vixit. De causa cognominis الخاسر vario modo referunt; omnes autem in eo consentiunt, quod propter iacturam, quam fecerit, inditum sit. Almahdium aut Alraschidum ab eo laudatum esse, narrant conf. libr. Citab-Alaghani, — lin. 26. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 27. Auctor dixit, poetam sensum versus a poeta Baschschar sumsisse, quippe Salmus Baschschari versus memoriâ teneret eiusque relator (الراوى) et discipulus esset conf. libr. meum: Darstellung. d. Arab. Verskunst etc. p. 393. Hic imitandi modus furtis poeticis adnumeratur. Quod si poeta posterior prioris verba aut omnia aut partem eorum mutato metro sumsit, res اغارة et مسخ ab artis rhetoricae peritis appellatur. Auctor libri Almookhtusur Salmi versum praeferendum esse censet, propterea quod brevior et melius compositus sit conf. Almookhtusur p. 656 sq. Baschschar poeta clarus tempore Ohmajjadarum Ahbbasidarumque vixit. Daemon autem eum fratrem appellat, quod in religione deficiens Zendicismo deditus putabatur. Anno 168 aut 167 occisus est plures quam nonaginta annos natus Ebn-Challik No. 112. Citab-Alaghani. — lin. 30. Sic verto: »Scire haud possumus, quando horoscopus auxilium laturus sit aut quando finis futurus sit termini vitae duraturae; multo minus autem dicere possumus, istum terminum esse aut colligentem aut excludentem.« Silentio praetereundum non est, voci حد significationem quoque definitionis esse et voce جامع talem definitionem designari, quae res, quibus definiatur, complectatur; مانع autem talem, qua res excludantur. Hanc vocis حد duplicem significationem ante oculos auctor habuisse videtur conf doct. Schmolders Documenta philosophiae Arabum p. 127. conf. p. 99. — lin. 29. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190.

Pag. 57. lin. 3. Versus metrum Thawil est conf. ib. p. 162. — lin. 5. Versus metrum Camil est ib. p. 211. — lin. 8. Verborum lusum in vocibus أنحس عابث وانجس عابث observare licet confer quoque l. 14. — lin. 17. Versum sic verto: »Quoties poesis, quum fortunae meae cum ea compotor sum, efficit, ut glorietur et a noxâ mihi inferenda abstineat et ad fraternitatem redeat.« In tertio versu vox به cum voce شعر primi versus coniungenda est, ut versus secundus parenthesin constituat. — lin. 24. Vocibus عالما بالتورية والانجيل »gnarus Torae et Evangelii« virum in religionis libris versatissimum designare vult; sed, cur librum Judaeorum (Toram. i. e. quinque Mosis libros) et Evangelium, Christianorum librum coniunxerit, dicendum non est, nam de Israelitis loquenti Tora sufficere debuit. — lin. 29. Verbum كلاه est pro كلأه »custodivit eum.«

Pag. 58. lin. 1. لمومن من ال فرعون »Credenti e familia Pharaonis.« Quae narravit, ea e Corani loco Sur. 40, 41 desumta sunt, in quo credentis mentio facta est, qui hortans Pharaonis familiam ad viam rectam reducere vellet. Corani interpretes narrant, hunc pium, quum, ut periculo evaderet, in montem fugiens in antro se abscondisset, ab animalibus ferocibus tempore, quo preces faceret, circumdatum fuisse, ut inde terrore perculsi, qui eum occidere in animo haberent, abiissent. — lin. 2. Verba وافوض etc. et ووقاه verba Corani ibid. v. 47. 48 sunt. — lin. 14. Legendi modus خدود عرايس praeferendus est, quippe qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000050

cum verbis sequentibus قدود موايس homoioteleutum efficiat. — lin. 16. Auctor السنة عقولهم »linguae mentis eorum« et ادمغة سويدائهم »cerebra intimi cordis eorum« haud bene dixit. — lin. 17. In phrasibus الاقوم . . . . وزاغوا et الامم . . . . . وراغوا prima et postrema vox duplex homoioteleutum efficiunt. — lin. 19 sqq. In hisce auctorem multis verbis ludere monemus. — lin. 24. Enuncies النمرِ et الذَمرِ. Verba لبس جلد النمرِ proverbialis loquendi modus sunt, quo virum imicitiam palam ostendisse significant conf. Meid. 23, 34. — lin. 27. Verba وزين etc. e Corano Sur. 29, 37 desumta sunt. — lin. 29. Verba ونسكن فى فروقهم verto: Et habitamus in eorum agminibus. Auctor hisce et sequentibus verbis ludit. — lin. 32. Vox بيدق e Persico پيده »pedes« orta est.

Pag. 59. lin. 2. Coranus Sur. 5, 18 كتاب مبين appellatur. Verba فبعزتك لاغوينهم. »Et per imperium tuum eos omnes in errorem inducam« Sur. 38, 83 leguntur. — lin. 9. Verba ويترشف رحيق رضابه »et sorbebat vinum purum salivae eius« vertenda sunt. Arabum poetae salivam amatae cum vino excellente saepius compararunt Abulf. Ann. T. III, 88, Amru-l'Kaisi Moall. Antar. Moall. v. 13 Caab b. Sohair v. 4 sq. Motenabbi apud Bohlen p. 53 sq. — lin. 10. Poculum coraliorum rubrorum labia designant. Saliva cum melle comparatur conf. Reiskii Proben d. Arab. Dichtkunst aus dem Motenabbi p. 43. — lin. 11. Verbis جميلة عمرو وزيد »parva phrasis Amrui et Saidi« grammaticam respicit. Vocibus enim عمرو et زيد in phrasibus subiecti et obiecti loco uti solent. Grammatici distinguunt inter voces كلام et جملة. Vox كلام phrasin designat, quae sensum completum offert; vox جملة autem phrasin ita constitutam, ut ad sensum alia verba necessaria sint. Voces عمرو وزيد autem جميلة »parvam phrasin« appellasse videtur, quod plura ad sensum necessaria desint. Auctor dicere vult, mercatorem, si servum possideat, neque uno neque altero i. e. nullo egere. — lin. 15. In verbis وجوب بالامانة يده وبالطهارة جيبه »Et sinu (s. collari patente) securitatis instruxit manum eius et puritate sinum eius« vocibus جوب et جيب ludens auctor verba haud omnino apta coniunxisse videtur. Sensus est: Eius manum securum, ut nil inde timeret, putavit et cor eius purum, ut eius intentiones pravae haud essent. — lin. 20. Verbis نافخ نار auctor proverbium respicit, quod in Meid. T. II, 621 verbis: ما بها نافخ ضرمة »in ea (domo) sufflans ligna accensa non est« legitur. — lin. 24. Vox عنتاه est pro انت o tu mea! Verba يلقى حبلك على غاربك »Proiiciet funem tuum in collum tuum« a proverbiali loquendi modo حبلك على غاربك Meid. T. I, 347 et القى حبله على غاربه T. II, 480 conf. Harir. p. ٣٣ desumta sunt. Significant, hominem ire posse, quo velit, loquendi modo a camelo desumto. Nostro autem loco significant, maritum uxorem repudio dimissurum esse. — lin. 26. Verba ولا ينبئك مثل خبير e Corano Sur. 35, 15 sunt. — lin. 27. Verbis ونزول الفاس فى الراس auctor fortasse res respicit, quae in Meidanii proverbiis T. II p. 336 sq. narratae sunt.

Pag. 60. lin. 15. Versus metrum Camil appellatum est conf. Darstell. p. 212. — lin. 16. In duobus codicibus فى صاحبه legitur; in uno autem codice فى صباحه invenitur. — lin. 21. In arte rhetorica vox مجاز metaphoram et descriptionem metaphoricam, vox حقيقة descriptionem haud metaphoricam designat. Auctor hasce voces coniunxit significaturus, quaestiones pro-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000051

positas omni ex parte instituendas esse. — lin. 27. Auctorem in verbis transpositis التهوا بالسهو وسهوا باللهو ludere, observare licet. — lin. 29. Tecrit nomen oppidi postremi Mesopotamiae in finibus Iracae, in ripa occidentali Tigridis siti est Abulf. Geog. p. ٢٨٩. — lin. 30. Ubi vicus Manin appellatus sit, accuratius definire nequeo. De verbis كانه قطعة من الجنان confer p. ١٨ l. 22. — lin 31. »Et sparsi sunt fructus ex vestibus arborum tam laciniis quam manicis.« Folia, quibus arbores tectae sunt, cum vestimentis comparavit, superiores partes manicas, inferiores lacinias appellans.

Pag. 61. lin. 1. Voce شريف is designatur, qui cum familia Mohammedis origine cohaeret ex posteris familiae Ahlii. Talis hanc ob causam in honore habebatur. — lin. 2. Auctor verbis فاحشا etc. ludit. — lin. 4 sq. Auctor verbis ludit. — lin. 5. De vocibus واستكانوا واستكنوا confer p. 40. — lin. 7. Legatum Dei (Mohammedem) avum suum appellavit, quod posteri Ahlii e Fatima, filia Mohammedis originem duxerant. — lin. 11. Verba فهو بعض etc. sic vertenda sunt: »id nonnisi pars eius esset, quod meretur, minus quam id, quod ei debetur.« — lin. 12. Vertas: »Nos possedit generositate et amore propter verba, quae Deus altissimus in Corano Sur. 42, 22 protulit« i. e. Verba ista efficiunt, ut horti nostri fructus ei lubenter concedamus. — lin. 15. Verbis وشم جنى وتابعهم »et tu pessimus daemon, qui eos sequitur«, auctor hominum opinionem respicit, quemlibet hominem daemonem sequi. confer adnott. p. 35 l. 29. — lin. 19. Verbum تطرف in camelo adhibetur, qui extremas pascuorum partes seorsim depascitur. Se igitur cum tali camelo comparans se excusaverat, quod virum vituperatione dignum a latere aliorum removisset. — lin. 20. In duabus vocibus الشريف lusus verborum est. Priori voci significatio viri e posteris prophetae, posteriori nobilis danda est. — lin. 22. Vocibus الدخول et الخروج auctor ludit. Vox خروج hoc loco haud obsequi legibus divinis significat. Ut autem ostendat, talem agendi modum a nemine, qui verae religioni addictus sit, probari, quatuor iurisconsultos celeberrimos appellat, quorum doctrina recta et, ut ita dicam, orthodoxa habetur, interrogans, num unus horum talem agendi modum responso probaverit. Primus est Mohammed b. Idris Alschafei, cuius secta Schafeitarum nomen habet, qui anno 204 diem supremum obiit, alter Abu-Hanifah Alnohman, cuius sectatores Hanefitae audiunt, mortuus anno 150, tertius Ahmed b. Hanbal, a quo Hanbalitae originem duxerunt. Mortuus est anno 241. Denique quartus Malec b. Anas, qui anno 179 obiit. Eius secta Malecitarum nomen gerit. De hisce viris librum تهذيب الاسماء ed. cl. Wüstenfeldi evolvas. — lin. 24 sq. Verba يا ايها usque ad اهلها على e Corano Sur. 24, 27 desumta snnt. Loco vocis المخطور legas لحظور »illicitum« conf. Sur. 17, 21. — lin. 26. Vox الاشراف hoc loco eos designat, qui e familia Ahlii originem ducunt. — lin. 28. In voce السباهى duplicem significationem invenio, unam Arabicam superbiâ elati, alteram origine Persicam equitis. — lin. 31. Qui vocibus سلفك الطيب »parens tuus bonus« hoc loco intelligendus sit, dubitare licet. Vox آذن est pro آأذن. — lin. 32. Voces زوج البتول »maritus virginis« (Fatimae) Ahlium designant. Silentio praetereundum non est, in singulis huius et sequentis lineae vocibus homoioteleutum esse ex. gr. الرسول et البتول, افتاك et انباك, الاموال et حلال.

Pag. 62. lin. 1. Vox الاطراف proprie extremas partes, tum pedes manusque designat, ut hoc loco infimi ordinis homines, capitibus oppositi, sint. — lin. 3 Verba زاد لنفسه احتياطا et sibi cautionem addidit i. e. cavit, ne ab eo laederetur. — lin. 4. In auxilium adhibuit satellites praetorianos (جلواز), ut custodiae traderentur et quum eos ad praefectum, ut rapinae accusati punirentur, mittere vellet, tales homines, qui actionis formam scriberent (اصحاب الديوان) advocavit. Ne autem delictum negarent, sub axillis fructus raptos portare iussi ad urbis perfectum (الوالى), cui securitatis et ordinis publici cura commissa erat, ducti sunt conf. de Sacy Chrest. Ar. T. II p. 184. — lin. 5. Vox غالى homoioteleuti causa pro غال est. — lin. 6. In verbis تنفيذ الاحكام واحكام التنفيذ verborum lusus est. — lin. 7. Verba عقدة etc. seriore tempore ortum proverbialem loquendi modum constituunt conf. Meid. T. III P. 1 p. 342. — lin. 9. Versus metrum Thawil appellatum est conf. Darstell p. 162. — lin. 11. De vocibus نقل et عقل conf. 16. 23. — lin. 12. De vocibus ترجيح et تصحيح confer 5. — lin. 14. منزل الفرقان. Is qui Coranum (a coelo) demisit, Deus est, qui per angelum Gabriel Corani verba ad Mohammedem demisisse creditur. Vox الفرقان proprie omnem librum, in quo verum a falso distinguitur, tum praecipue Coranum designat. Locus in Corano citatus Sur. 2, 213 legitur. — lin. 15. Loco vocis الخطاء legendum puto من الخطاء. Unum folium e codice meo abesse, ut, quae ibi sint verba, videre non possim, aegre fero. — lin. 16. Verba ولذلك شاهد sic verto: »Huius autem testis est ex rebus, quae sensibus percipiuntur;« est igitur illa in re nulla fiducia. — lin. 19. Verbis متوصد للصادر والوارد »oculis observans prodeuntes et abeuntes.« Voces proprie in eos, qui ad aquam accedunt et inde abeunt, hoc loco homines ad hospitem venientes et ab eo abeuntes designant. Viri enim hospitalis erat non solum advenientes cibo potuque etc. bene excipere; verum etiam nocte adveniente ignem accendere, ut advenientibus signo esset, tum in via advenientes exspectare et comiter in domum introducere et abeuntes honorifice comitari. In domum introductos autem quaestionibus, unde venissent etc., haud vexare Ham. ٩٩٠ v. 4 ٩٩٣ v. 3 ٧١٩ v. 2 ٧٣٠ v. 2 sqq. ٧٣٩ inf. ٧٤١ v. 3. 4 conf. Ham. T. II P. 1 p. 601. Verba هو للضيف والسيف »is hospiti et gladio est« proverbialem loquendi modum redolent, qui cum negatione لا للسيف ولا للضيف inter proverbia recentiora Meid. T. III P. 1. p. 241 invenitur. Cum negatioue proverbium sine dubio significat, virum nihili esse, ut neque fortis neque hospitalis sit. Quum generositas et strenuitas summae laudi Arabibus sint, verba virum perfectum designant. Verba رحلة الشتاء والصيف e Corano Sur. 106 v. 2 desumta virum designant generositate liberalitateque notum, ut tam tempore aestatis quam tempore hiemis undique ad eum concurrant. — lin. 24. Versus p. 15. occurrit. — lin. 25. وتحمل etc. »Suscepit portandum eius beneficium« i. e. id aspernatus non est. — lin. 29. Vox البصرا est pro البظراء, quam contumeliam dicturus adhibuit. Pro احدا legendum puto احدا. — lin. 32. Versuum metrum Basith est conf. Darstell. p. 190.

Pag. 63. lin. 3. Verba فكيف ترى etc. verto: »Et quomodo autem erit oculus cogitationis custoditae? quippe qui velis variis tectus est et imaginationibus opinionis haud certae eiusque iudiciis turbatus, dum res ab eo spectatae nil aliud sunt nisi sensus (sententiae), non res

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000053

sensibus perceptae et oculis coram spectata aedificia.« Auctor dicere vult: Quum oculus videns in eo quod conspiciat, facile errare possit, animum cogitantem ob maiores in cognoscendo difficultates facilius in errorem induci. — lin. 8. In verbis لم يخلق etc. vocibus transpositis lusus est. — lin. 8. عوده بفوايده „Commodis suis ei beneficia intulit.“ — lin. 11. Dicens ووكل بحفظهم etc. verba Corani Sur. 82, 10 وان عليكم لحافظين كراما كاتبين يعلمون ما تفعلون „Vobis praepositi sunt custodientes, nobiles, scribentes (angeli), qui id, quod facitis sciunt“ respicit. — lin. 17. De voce كرامة vide 37. — lin. 28. وبسط بسطة „et expandit stratum“ (in quo sederet). — lin. 30. Legendum est وتلميذه فى الطب حكماء اليونان „et eius discipulum in medicina esse inter medicos Graecorum.“ Quum Arabes medicinae scientiam maxime ex Graecorum operibus hauserint, hisce verbis dicere vult, discipulum eius celeberrimum esse. Iam antiquis temporibus Arabes somniis adtendebant, quippe quibus res futurae praesagirentur. Rupturam aggeris in Arabia felici a Dharifa, nec non Ahmruo praesagiebatur conf. Memoires de l'Academie p. 634. 638. Et ipsi Ohmaro somnium haud parvi momenti erat. Postea inter Arabes scientia somniorum interpretandorum exculta est et Mohammed b. Sirin Bazrensis hac in re celeberrimum opus composuit, cui titulus جوامع التعبير, quod in Hadji-Chalifae opere No. 4247 invenitur. Diem obiit anno 110. conf. Ebn-Challik. No. 576. Kaswini Kosmograph. p. ٣٠٧ تهذيب الاسماء p. ١٠٩. ٧٠٣ Abulf. Ann. T. I p. 450. De scientia illa conf. Hadji-Chalifa No. 3057 sqq. Vocibns Schaich Carman sine dubio vult Abu-Ishakum Alcarmani a provincia Carman inter Persidem et Sidjistanum sita cognominatum. In Herbelotii bibliotheca Orientali sub voce Sirin et Carmani legimus, Ebn-Sirinum scripsisse librnm suum in quinquaginta capita divisum, ita ut sequeretur methodum libri Alcarmanii (conf. catalog. biblioth. regiae Paris No. 1034). Quem Abu-Said auctor voluerit, dicere haud possum; multi enim sunt viri nomen Abu-Said gerentes conf. Herbel. bibl. Orient. sub voce Abou-Said. Sasan autem sine dubio familiae Sasanidarum auctor est, pater Ardeschiri conf. Herbel. biblioth. Orient. sub voce Sassan et la geographie d'Abulfeda traduction française par A. Reinaud T. I, p. XLXXII sqq. et inter medicos plures sunt nomen Abu-Said gerentes conf. cl. Wüstenfeldi Geschichte d. Arab. Aerzte p. 111. 150.

Pag. 64. l. 1. Ob metrum مَعْ enuncies. — lin. 2. Legas بقيارا, qua voce, Castello auctore, tapeti non villosi genus nigrum ex pilis camelinis confectum designatur. Vox igitur proprie pannum nigrum designat, quo tanquam capitis tegumento, quod generali nomine عمامة appellabatur, usi sunt, rotundam formam habente et magni voluminis. Hoc vero loco haud dubium est, quin tanquam medico proprium capitis tegumentum describatur. In variis autem regionibus varius huius rei mos cogitari potest. Dozyus cl. in libro doctissimo. „Dictionnaire detaillé des noms des vetements chez les Arabes“ locum Nowairii citavit, ex quo videmus, hoc tegumentum supremis iudicibus proprium fuisse. Sed, quum vox بقيار in isto loco vocibus وتعمم بتاخفيفة, quae sequuntur, congrua sit, illa non esse potest vestimenti species ex pilis camelinis facti, quae est. cl. Dozyi sententia (conf. librum citat. p. 87); sole enim clarius est tam ex nostro versu quam ex ipso Nowairii loco nil nisi capitis tegumentum

significari. Ut auctor istud capitis tegumentum tanquam altum et magni voluminis describat, id cum tecto umbraculi centenariorum pondo comparat. — lin. 3. Vocum اكحال العواوير quae sit accurata significatio, dubitari potest. Vox كحل collyrii nomen est; sed hoc loco sine dubio medicamentum, quod in oculos inspergitur, designat. Vox عوار, cuius pluralis عواوير est, Firuzabadio auctore carnem designat, quam ex oculo extrahunt. Est igitur كحل العوار medicamentum, quod in istum usum adhibent. — lin. 4. Voces الشنبد والمند والسرخا وخنفور aut sensu carent aut nonnisi in medicina adhibentur. In libris ex. gr. Avicennae, quos inspicere mihi licuit, nil inveni — lin. 5. Metri causa enuncies جا Dja nonnisi unam syllabam. Faghfur titulus regis Sinae est. — lin. 6. Nomine Barbar gentes Africam septentrionalem incolentes designantur. Vocem المسمى enuncies Almosma. Vox بربور ptisanam ex tritico paratam designat. — lin. 7. Voces رايت بالاستسقاء metri causa enuncies raaita bilistiskäi ∘ — | ∘∘ — ⏑ — — ∘. — lin. 9. Vox البورى piscis species auctore Forskälio est ab oppido بورة in Aegypto appellati conf. Abd-Allatif relation de l'Egypte par de Sacy p. 281. 287. Hoc vero loco medicamenti, ut videtur cari pretii sit, necesse est. — lin. 11. Vox الرمل artem designat, cuius ope signis obscuris adhibitis hominis fata explicantur conf. lexicon meum. Vox التنجيم astrologiam designat. confer Chrestomath. meam grammat. histor. p. ۱۴۹ l. 3. Vox تعبير explicatio somniorum est. — lin. 13. Vox معه enuncietur mahu — ∘; vox تكفير incredulitatem hoc loco designat, ut quis incredulitatis in religione accusetur. — lin. 15. Voces زمام الامام „Habena Imami“ titulus principis eunuchorum est et زمام الادر appellati, de quo conferas beati De Sacyi Chrestom. Arab. T. I p. 261 sq. et 503 sqq. ed. alt. Vox الامام hoc loco Chalifae munus designat, quo religioni praeest, inde desumta vox, quod initio Islami Mohammedes et post eum successores preces publicas faciebant, ut eum in iis peragendis alii imitarentur. — lin. 16. Vox استاد (dominus) origine Persica seriore tempore titulus hororificus, quo vir in suo genere excellens designatur. — lin. 20. Vox الخادم (minister) seriore tempore eunuchum designat. Vox طواشى seriore aetate in linguam Arabicam recepta, nam Arabicae originis non est, eunuchum designat. In vocibus طواشى et بلا شى homoioteleutum esse videtur, ut bila schi enunciandum sit. — lin. 21. Voces حسنى الحسين obscurae sunt; sed, ni fallor, auctor membrum virile, verbis pulchritudo parvi pulchri s. Alhosain designat. — lin. 23. Voces ولا ينبئك مثل خبير ex Corano Sur. 35, 15 desumtae sunt. — lin. 24. Vox منتجع quum locum designet, quem homines petunt pabuli quaerendi causa, eunuchus ob morbum cum loco infertili, in quo nil pabuli est, comparari videtur.

Pag. 65. l. 2. Vocibus منادمة السالغ „compotatio eius, cui dens post sextum annum excidit (i. e. cameli sexennis) conditio agricolae designatur. Vocibus غول الاغوال, ut vocibus قاضى القضاة „iudicem supremum“ daemonem supremum designat auctor. — lin. 3. In singulis vocibus اشتغلنا etc. usque ad voces وتحقيق الانظار homoioteleuta observanda sunt. — lin. 4. Voci معارضة hoc loco sensum technicum tribuas, de quo confer p. 6. 11 ... Voces المعانى et بديع البيان technicae in arte rhetorica sunt confer p. 7. — lin. 8. Vox رقاء, sic enim legendum

est, aut a verbo رقى ut sit incantatio aut a verbo رقّ, ut sit sedatio (sanguinis), id quod praefero, derivari potest. — lin. 9. In vocibus المعابثة والمباعثة litteris transpositis auctor ludit. — lin. 11. Verba فان الله خلقنا من النار etc. e Corano Sur. 55, 14 desumta sunt. — lin. 13. In Corano Sur. 3, 52. Adamum e terra creatum esse legimus. — lin. 15. In verbis ورعوا ما للمارج من مروج „et depasti essent prata pastum emittentis“ duplex sensus est, dum voci مارج puri sine fumo (ignis) significatio datur, in Corani enim loco Sur. 55, 14 daemones e tali igne creatos esse legimus. Auctor igitur dicere vult, si homines humanam naturam relinquentes daemonum agendi rationem secuti essent. — lin. 16. In vocibus اصلنا وفرعنا duplex est sensus radicis ramique nostri et dogmatum principalium et doctrinarum ex illis derivatarum. — lin. 24. De significatione vocum سنة et فرض confer 39. 55. 65. — lin. 25. Metrum versus Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 26. In vocibus لجمع الشمل lusus est, nam vox شمل tam disgregationem quam collectionem significat. Locus, quem auctor e Corano citavit, Sur. 9,47 invenitur. — lin. 27. Quae auctor de consensu sermonis Anzaritarum (Medinensium), quo brachia Islami in urbibus corroborata fuissent et de hypocritarum agendi modo profert, ea dissidia inter homines e gente Aus et Chesredj, Medinae incolas, orta spectant. Dissidia autem illa per Judaeum, sic refert Corani interpres Beidhawi, excitata erat, qui eis statum utriusque gentis ante Islamum in memoriam revocasset. Auctor autem noster alium modum, quo Corani locum Sur. 3, 98 interpretati sunt, ante oculos habuisse videtur. Vocibus حبل الله aut religionem Islami aut Coranum significari volunt. — lin. 30. Vox الاصطناع hoc loco artificiosum agendi modum significare videtur.

Pag. 66. lin. 1. Vox مغل hoc loco legumina, quum de horto sermo sit et vox حاصل locum, ubi res asservantur, designat. Sunt sine dubio voces sermoni vulgari propriae et seriore aetate ortae. — lin. 3. De vocibus جنة رضوان „Paradisus Ridhwani“ confer p. 18. — lin. 11. Loco vocis الذيب duplex est legendi modus aut للذئب aut من الذئب, quorum posteriorem praefero. — lin. 14 sq. Verba اشتد غضبى etc. Mohammedis verba sunt traditione ad nos perlata. — lin. 18. De voce اخلاص confer 1. 7. 31. — lin. 19. Verbis متمسكين بحبل سنة الولاء والجماعة „tenentes funem Sonnae et orthodoxorum“ significat, se legibus, quas Sonna et orthodoxi propinquis praescripserint, semper paruisse. — lin. 20. Auctor verbis بخطابكم. الخطب ludens voce بخطابكم. fortasse loquendi modum فصل الخطاب respicit, quo iurisconsulti iudicium argumentis distinctis additis latum esse significant. — lin. 23. Proverbium, quod in Meidanio T. II p. 600 (conf. p. 644) legitur: ما لى بهذا الامر يد homoioteleuti causa auctor mutavit. Vox جناب quidem latus designat; sed seriore aetate maiestatem regiam p. 17. — lin. 25. Vox الدزدار origine Persica eandem paene significationem habet, quam حافظ القلعة „arcis custos“; sed castelli praefectum hoc loco significari puto, ut quaedam significationis diversitas sit. — lin. 27. Verba المفرط اولى بالخسارة cum verbis proverbii افرط واسقط „modum excesssit et tum errorem commisit“ (Meid. T. III P. 1 p. 388) cohaerere videntur. Proverbium alterum اظلم من افعى Meidan. T. II p. 65 invenitur. — lin. 30. Proverbium عرف etc. in Meidanii libro, quum haud inveniatur, addidi T. III P. 1 p. 328. — lin. 32.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000056

Si legendi modus واذا كنتم etc. rectus est, verba فاى فايدة p. ٩v l. 2. pars eius consequens sunt.

Pag. 67. lin. 2. Vocibus الطامة الكبرى, quae e Corano Sur. 79, 34 desumtae sunt, extremum iudicium designant. In verbis autem غرف الدرجات العليا „coenacula graduum altissimorum“ Corani locum Sur. 39, 21 respicit: etc. لكن الذين اتقوا ربهم لهم غرف من فوقها غرف مبنية „sed iis, qui in dominum suum credunt, coenacula sunt, super quibus coenacula exstructa sunt“ conf. Sur. 29, 58. — lin. 4. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 8. Verba corrigenda وتستنصر باعوانه ، وتستنصرى على سلطاننا بقوة سلطانه sic vertas: Et auxilium rogabit ab adiutoribus suis et instigabit potentiam regis sui contra regem nostrum. — lin. 9. Verbis كما فعل الرافضى etc. auctor res respicit, quae causa erant, ut Holagu princeps Tatarorum Bagdadum anno 656 invaderet. Vicus Bagdadicus Carch appellatus a secta Rafeditarum habitatus erat (conf. p. 49). Quum inter hos Sunnitasque turbae ortae essent, iussu Abu-Becri, filii chalifae et Rocn-Aldini Aldewadari milites vicum Carch praedantes in incolas crudeliter saeviebant. Quapropter chalifae Vezirus Moajjed-Aldin Ebn-Alahlkami, qui sectae Rafeditarum adhaereret, vindictae cupidus Tataros advocavit conf. Abu-l'Fedae Annal. T. IV p. 550 sqq. — lin. 10. Minus certum est, quod de altero viro, cuius verbis ومن بعده الذميم نابذ الذمام „et post eum clicns, qui clientelae officia negligebat“, mentio facta est, proferam. Abulfeda in Annalibus T. IV p. 582 scripsit: Et eo tradidit Holacu et reliquos Turcas viro ex Tatarorum numero, cui nomen Sultan Hak, qui ex nobilissimis regionis Kabdjak, a Tataris fugam capiens, in oppido Halebo a Sultano Almalec Alnazir benigne exceptus fuerat, postea, quum ei terra haud conveniret, ad Tataros redierat“. Hunc virum noster respicere potest, quippe qui a Sultano Almalec Alnazir in clientelam antea receptus a nostro Tataros in Syriam adduxisse putaretur. Quod si verum est, non urbs Bazra, quae a Kamusi auctore cognomen قبة الاسلام appellatur, quippe quae urbs neque cum Syria cohaereat neque a Tataris, quod scio, vexata sit; sed Halebum cognomine honorifico ab auctore nostro insignitur. — lin. 14. Verba فلا قوة لنا ولا حول a loquendi modo Mohammedanis usitato لا قوة ولا حول الا بالله derivata sunt. — lin. 15. Vox طرقان pluralis inusitatus a voce طريق sine dubio homoioteleuti causa ab auctore formatus est. — lin. 17. Versuum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212. — lin. 20. Vox البغبان Persica est. — lin. 21. Vocis مسكبة, quae in omnibus codicibus legitur, incerta significatio est, quum a lexicographis neglecta sit. Proprie locum designat, ubi res effusa est et abundat. Hoc in loco igitur locus est, qui floribus odoriferis abundat. — lin. 22. Legendum بذا القدر „hac quantitate“. — lin. 27. Verbis وجهها من حديد „faciem ferream“ usus est, quod gliris anterior capitis pars talem colorem habet.

Pag. 68. lin. 1. De vocibus قضاء et قدر confer p. 8. — lin. 5. In verbis فانه على الحق وانتم ظالمون Corani locum Sur. 2, 85, 86 . . . . . وهو الحق وانتم ظالمون animo habuit. Verba تريدون etc. e Corani loco Sur. 9, 32 verbis Corani mutatis desumta sunt. — lin. 8. Voci ذوق duplex significatio est aut gustus aut venusti sensus, sic quoque vox يتحلى aut derivari potest a حلو dulcis fuit aut a حلى monilibus ornatus

Cur illam mulierem Sobaidah appellaverit, haud liquet. Sobaidah nomen quoque matris Alamini est, nec non vox مر significare potest aut transiit aut amarus fuit. — lin. 10 sq. Dixit, eam fuisse ذات النطاق significaturus, eius vestes in terram haud demissas fuisse, ut hospes conspicere posset, quae viro videre haud licet. — lin. 13. De vocibus يقطع الحديد confer p. ۴۴ l. 21. — lin. 16. Vox قلندرى nomen monachi est, cuius secta auctore قلندر appellato gaudet. Ex Sofis haec secta prodiit. Monachi talis caput sine dubio omnino rasum erat conf. beati de Sacyi Chrest. Ar. T. I p. 263 adn. edit. alt. Ex loco, quem beatus de Sacy in Chrestomathia Arab. protulit, cognoscimus, monachos sectae Kalenderi barbam rasam habuisse, Sultanus enim Malic-Alnasir (anno 761) praefecto illius ordinis Ahli appellato imperavit, ut hic mos abrogaretur. Vox حيدرى monachi nomen est, cuius secta a quodam Haidar appellato originem duxit. Genarum pili tali sine dubio evulsi erant conf. de Sacy Chrest. Ar. T. I p. 210; sed ipse de Sacyus nullam huius viri notitiam invenire potuit. Qui scire cupit ea, quae Chardinus de monachis Persicis retulerit, evolvat T. X libri: Voyages en Perse p. 201 sqq. — lin. 17. Voces ذيل حنين „Lacinia Honaini“ videntur inferiores partes montium designare, quibus vallis Honain inter Meccam oppidumque Thajef sita circumdata est; sed dubium restat — lin. 22. Verbis لو اتبع العين بالاثر auctor proverbium تطلب اثرا بعد عين „Quaeris vestigium rei post rem ipsam“ respicere videtur conf. Meid. T. I p. 221. — lin. 23. Si pro voce يهيم legeretur يهينم, probarem. — lin. 24. Versus metrum Chafif est conf. Darstell. p. 262 A. a. — lin. 25. In hac linea et sequentibus auctor modo nobis vehementer vituperando et impuro hospitis agendi modum cum eo comparat, qui in templo preces facit. Singula explicare pudor vetat; sed diversis gentibus diversi sunt mores diversaeque cogitandi rationes. — lin. 29. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 203.

Pag. 69. lin. 8. Verba يرفع الله usque ad درجات e Corano Sur. 58, 12 desumta sunt. — lin. 9. De vocibus المنطوق والمفهوم confer p. 5. — lin. 11. In verbis طرايقكم القدد Corani locum Sur. 72, 11 auctor respicit. — lin. 12. De verbis محكم تنزيله confer p. 48. Verba هذا صراطى واو... usque ad عن سبيله desumta sunt e Corano Sur. 6, 154. — lin. 18. Busurdjmihr nomen Veziri celeberrimi regis Persarum Nuschirwan est. Busurdjmihr appellatur filius Bachtegani conf. Calilah wa Dimnah p. ۴۱. — lin. 24. Verba من احبك etc. inter proverbia recentiora locum habent Meidan. T. III P. 1 p. 88. — lin. 25. Verba ويعجل من الليل والظلم vertenda sunt: Et festinantior erat quam nox et tenebrae i. e. priusquam nox abiret, advenit. — lin. 26. Verba يسابقه فى الرجم Arabum opinionem spectant, qua angeli in diabolos, qui eorum sermones auscultentur, stellas volantes iacere putantur conf. Sur. 15, 17. Sur. 67, 5. Celeritatem, qua stellae volantes decidunt, auctor significare vult. — lin. 28. Verba فمن باكر انجح similia sunt proverbio recentiori: باكرْ تسعد „Si mane surgis, felix eris“ Meid. T. III P. 2 p. 41. — lin. 29. Verba فعند الصباح etc. in proverbii consuetudinem venerunt Meid. T. II p. 70.

Pag. 70. lin. 4. Vox Persica ايوان oecum designat, in quo reges Persiae homines

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000058

ad colloquium admittebant. Iste autem oecus ob magnificentiam celeberrimus erat. Sic quoque ديوان vox Persica est, quae cum re ipsa a Persis ad Arabes transiit confer Chrestom. meam priorem „Locmani fabulae etc.“ p. ٣٢. — lin. 8. Versus metrum Chafif est conf. Darstell. p. 262. — lin. 9. Vox شاش tegumentum capitis designat, cuius in beati de Sacyi Chrestom. Tom. I p. 199 et M. Quatremerè histoire des sultans Mamlouks T. I P. 1. p. 137 mentio facta est. Qui plura scire cupit, librum Dictionaire detaillé des noms des vêtements chez les Arabes par Dozy p. 235 sq. inspiciat. — lin. 19. Verba الطبل etc. proverbialem loquendi modum redolent, quem inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1 p. 297. — lin. 22. Verba ان كيد الشيطان كان ضعيفا e Corani loco Sur. 4, 78 desumta sunt. Verba ما تركت etc. sine dubio Mohammedis sunt traditione conservata. — lin. 24. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 189 sqq. — lin. 25. Verbis اكرم ولى etc. auctor sine dubio Ahlium designat. — lin. 26. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162.

Pag. 71. lin. 9. Voces ضرة الرئم hoc in hoco nil aliud significare possunt nisi Eam, quae pulchritudine dorcadis albae aemula est, sic ut uxor altera prioris aemula est, nam vox الرئم dorcadem albam, quae alias pulchritudine superat, designat conf. p. ٧٣ l. 12. — lin. 12. „Haec definitio libro haud convenit.“ — lin. 31. De vocibus مجمله ومفصله confer p. 21. . . . . .

Pag. 72. lin. 1. Voces سايست وما راوست, quae in lexicis haud inveniuntur, vertendae videntur: rexit et superbe se non gessit (v. caput erat) i. e. eum in sermone rexit ita, ut ille se regi haud animadverteret. — lin. 5. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 12. conf. p. ٧١ l. 9. — lin. 15. Voces المجاز المرسل technicae sunt in arte rhetorica usitatae. In libro Almooktuzur p. 474 sic explicantur: المجاز مرسل ان كانت العلاقة غير المشابهة بين المعنى المجازى والمعنى الحقيقى — lin. 17. Verbis فلم تسع القافية dicere vult auctor, homoioteleutum haud permisisse, ut in numero ulterius quam ad tertiam procederet. — lin. 17. Ut rem, quam protulerat, probaret, locum Corani Sur. 9, 81 auctor citavit. — lin. 19. Alter Corani locus Sur. 63, 6 est. — lin. 21. Hammamo b. Morrah, fratri Djassi, qui tempore belli Basus vixit, tres erant filiae. Duae quum a patre verbis impropriis petiissent, ut ipsas viris in matrimonium daret et hic sensum verborum haud intellexisset, tertia clariore modo loquens optata repetivit conf. illustr. Hammeri Literaturgeschichte d. Araber T. I p. 155 sq. Dicere vult auctor, feminam claris verbis, quid vellet, dixisse. — lin. 22. Vox استحت est pro استحيت. — lin. 25. Verbi حشف quinta forma quum in lexicis desit, hoc loco significatio incerta est. Inter alias verbi primae et secundae formae viam monstrandi significatio tribuitur. Hanc quinta quoque forma habere potest. Sed auctorem plura verba ob sonum similem homoioteleutumque adhibuisse dubio caret. — lin. 30. Versuum metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. — lin. 32. Verba اذا لز لخزا obscura sunt.

Pag. 73. l. 3. Vox اللحد est locus in latere sepulchri excavatus, in quo mortuus ponitur (conf. Hamas. T. II P. 2 p. 25), quocum hoc loco cista comparata est. — lin. 11. Verba اعز من بيض الانوق „Rarior quam ova avis Anuk“ in proverbii consuetudinem venerunt,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000059

de quo conferas Meid. T II, 148 T. I p. 473. — lin. 15. Vox مختفى homoioteleuti causa pro مختف est. — lin. 17. Verbum شده cum praepositione عن hoc loco constructum est, quod obliviscendi aut negligendi significationem auctor cum eo coniunxit. — lin. 24. Vox السعال homoioteleuti causa pro السعالى est. — lin. 26. Verbis المسيح الدجال Arabes Antichristum designant; Antichristum autem paulo ante mortuorum resurrectionem venturum esse, Mohammedani fabulantur. Oppidis Mecca Medinaque exceptis, quae ab angelis defensa erunt, omnia loca populabitur. Postea a Jesu Christo, qui in terram isto tempore descensurus est, delebitur conf. l'Alcoran per du Ryer T. I p. 163 sq. — lin. 29. In Corano, ubi de Adamo ex paradiso expulso sermo est, in Evam culpa haud transfertur; sed Satanas criminis auctor est conf. Sur. 7, 19. 20, 118. In iis, quae Corani auctor, de Caino et Abelo retulit, confer Sur. 5, 30 sq. Ibi interpres retulit, a Deo in Adami mentem iniectum esse, cuilibet fratri fratris sororem cum eo natam in matrimonium ducendam esse; Caino autem rem non placuisse, quum sua soror alterius sorore pulchrior esset. Hanc ob causam Adamum fratribus imperasse, ut victimas offerrent. Cuius autem victima Deo magis placeret, ei pulchram sororem in matrimonium ducendam esse. Auctor noster hanc ob causam verba كما قيل „sicut dictum est“ addidit. Verbis وكذلك من اوتى الايات فانسلخ منها locum Corani Sur. 7, 174 respicit. Corani interpretes dubitantes de persona aut doctum Iudaeum aut Omajjahum b. Abi-Zalt aut Balahmum b. Bäuhra Cananitam fuisse dicunt, Hos a mulieribus in errorem inductos esse, haud legimus. — lin. 32. Voces الحق المبين e Corano desumtae sunt Sur. 24, 25.

Pag. 74. l. 5. Voces الحرب سجال „bellum est situla“ quae modo adscendit modo descendit, in proverbii consuetudinem venerunt, quibus modo adversam modo secundam fortunam esse, significant conf. Meid. T. I p. 384. — lin 8. Verbis بغنيمة السلامة auctor proverbialem loquendi modum السلامة احدى الغنيمتين „salus una duarum praedarum est“ respicit conf. Meid. T. I p. 651 conf. T. III P. 1 p. 235. — lin. 10. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 189 sqq. — lin. 13. De vocis السعالى significatione lexicographi incerti esse videntur. Nonnullis est species deformis daemonum, quibus غول nomen est, aliis sunt daemones feminae. Vocibus جدكم الاعلى Satanam significare vult, cuius turbarum in Corano mentio fit. — lin. 16. De vocibus الرد والعول, quibus sensus technicus in iure haereditatis est, confer lexicon meum. — lin. 17. Auctor ludit vocibus الصغار diverso modo enunciandis, quarum priori v i l i t a t i s significatio tribuendo est. — lin. 18. Verba ليهلك usque ad verba عن بينة in Corano Sur. 8, 44 desumta sunt. Voces عن بينة „post rem manifestam aut testimonium evidens“ (ut postea excusandi locus haud remaneat) vertendae sunt. — lin. 25. Verba فى غير حاصل حاصل الاعمار vertendae sunt: „In re, quae haud evenit summam vitarum.“ — lin. 27. Versus metrum Motakarib est conf. Darst p. 281. — lin. 30. Versus metrum Thawil est conf. Darst. p. 162. — lin. 31. Dies Bedri est dies proelii Bedrensis. Bedr nomen loci est inter Meccam Medinamque siti, qui Medinae tertia circiter viae parte proprior est. Ibi a Mohammede contra Koraischitas cum mercibus e Syria redeuntes victoria reportata est. Pugnatum est decimo sexto mensis Ramadhani secundo fugae anno (13 Jan. 624 p. 15). De pugna conf. cel.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000060

Weili libr. Mohammed der Prophet p. 102 sqq. et cl. Caussin de Perceval libr: Essai sur l'histoire des Arabes etc. T. III p. 36 sqq.

Pag. 75. l. 4—6. Loci e Corano desumti leguntur Sur. 7, 11. 38. 17 tum Sur. 7, 16 et 38, 83 et denique Sur. 7, 14. — lin. 10 sq. In proverbiis dicitur: الكنى منبهة والاسامى منقصة „Cognomina hominis dignitatem ostendunt et nomina defectus sunt.“ Arabes quoque cognomine aliquem appellari, honori ducebant conf. Meidan. T. II p. 403. Selecta ex histor. Halebi p. 38 sq. vers. Chrestom. mea gram. histor. p. 40. Auctor verbis ludit, dum in una phrasi vocem anteponit, quam in altera postposuit aut alio modo. — lin. 13. Loco verborum وضيعنا من ميراث legendum puto وضيعنا من ميراث „et dispersimus etc.“, quum, verbum in duabus phrasibus coniunctis idem esse, haud aptum videatur. — lin. 17. Lusum verborum et singulum homoioteleutum in singulis vocibus observes. — lin. 23. Voces الصراط المستقيم e Corano desumtae sunt conf. Sur. 1, 5. — lin. 26. Loco vocis لنسايهم legendum est لشبانهم, — lin. 27. Verba فان قلنا etc. sic vertenda sunt: „Et si dicimus: Nos hanc rem coniungentem (pervenientem) cum iis coniuncturi sumus, rem existentem in existentiam vocamus; sin autem dicimus: nos novum agendi modum aggressuri sumus, nos in eo, quod facere nos decet, augmentum haud reliquimus, nam in eo ad extremum iam pervenimus; ecce enim tractamus rem, post quam finis non est“. Hisce verbis aliorum prolata consilia refutare studet. — lin. 31. Verba فيصيبهم etc. ad Arabum opinionem spectant, casus accidentes morbosque a daemonibus adferri posse.

Pag. 76. lin. 3. Nomen صن ابن مصن daemoni datum videtur, quod صن urinam animalis valde foetentem et مصن foetentem sub axillis designat. Ludit quoque auctor verbis اضل عقايد وازل قواعد — lin. 5. De vocibus الرجوم من النجوم confer p. 69. — lin. 7. Animal الضربان appellatum idem est, quod الظربان feli simile, quod multum foetulenter pedit, ut in proverbii consuetudinem venerit; dicitur enim افسى من ظربان „Magis pedens quam animal Thsariban“ Meid. T. II p. 226. et فسا بينهم الظربان „Pepedit inter eos animal Thsariban.“ Meid. T. II p. 206. i. e. Ii omnino separati sunt, quum foetor talis sit, ut ferri haud possit. — lin. 13. Voces حظيرة القدس hoc loco paradisum designat, in quo pii beati habitant. — lin. 14 sq. Verba قل اعوذ برب الناس e Corano Sur. 114, 1 desumta sunt. — lin. 18 sq. De vocibus خلقت من مارج من نار confer p. 37. — lin. 19. Voces رجوم النجوم انما اعدت لاجلى spectant ad verba Corani Sur. 67, 5 ولقد زيّنّا السماء الدنيا بمصابيح وجعلناها رجوما للشياطين „Et nos coelum inferius lucernis exornavimus et eas tales effecimus, ut iis diaboli iacerentur.“ — lin. 20. Verba الا من خطف usque ad ثاقب Corani sunt Sur. 37, 10.; verba ان الشياطين usque ad اوليايهم Sur. 6, 121 leguntur; verba السجد etc. Sur. 17, 63; verba لاحتنكن ذريته الا قليلا ib. v. 64; verba لعنه usque ad مفروضا Sur. 4, 118; verba يعدهم usque ad غرورا ib. 119. Locum sic vertas: Verba Corani . . . . . sunt versus formae meae, verba . . . . sunt margo vestis honoris meae, verba . . . . . sunt locus sermonis mei et sic porro. — lin. 23. Vocibus الاعور اللعين diabolus designatur. — lin. 25. Vox ولى amicus (Dei) hoc

loco virum sanctum designat. De modo, quo diabolus Adamum in errorem induxerit, conferas Sur. 2, 34. 7, 19 sq. 20, 118 sqq. — lin. 26. De Caino et Abele confer p. 73 lin. 29. — lin. 26. Noaho monenti quum multi fidem haud habuissent, diluvio submersi sunt conf. Sur. 10, 74. — lin. 27. Magos ignis cultui deditos fuisse, omnes sciunt. Videntur igitur verba ووضع الناووس significare, Magos ignis templum exstruxisse, nam vox ناووس sine dubio idem est, quod vox Graeca *νάος*. Gentium antiquarum Ahd et Tsamud multis locis in Corano mentio facta est. Ahditae, qui in Arabia meridionali sedes habuisse dicuntur, quum prophetae Hud hortanti, ut Deum unum colerent, obsequium haud praestassent, paucis exceptis, per nubem periere conf. Essai sur l'histoire des Arabes T. I p. 11 sqq. et Coran Sur. 7, 63 sqq. cum Beidhawii commentario. Gens Tsamud terram inter Syriam et regionem Hidjas incolens quum legato divino Zaleh ad eos misso inobsequens fuisset, hanc ob causam deleta est conf. Essai sur l'histoire des Arabes T. I p. 24 sqq. Coran Sur. 7, 76 Meid. T. I p. 689. Schaddad filium Ahdi natu maiorem, Ahditarum regem potentissimum fuisse tradunt. Ab hoc inter Sanaam et regionem Hadhramaut locum ارم ذات العماد constructum fuisse tradunt, quo paradisum celestem, cuius ei mentio facta esset, imitari vellet. Hanc ob arrogantiam interitu punitus dicitur conf. Essai sur l'histoire T. I p. 14 Abulfed. histor. anteisl. ed. cl. Fleischer p. 116. Nimrodus, quum Abrahamus homines ad Deum unicum colendum invitasset et idola fregisset, homines hortatus esse dicitur, ut Abrahamum in ignem coniicerent conf. Coran Sur. 21, 68 et Beidhawi; sed haud consentiunt in eo, qui hominibus consilium tale dederit. Hoc autem factum Nimrodi praecipue ante oculos habuisse videtur auctor conf. Geiger: Was hat Mohammed aus dem Judenthume aufgenommen? p. 125. Res de Lotho relatae in Corano pluribus locis Sur. 11, 79. 15, 61 sqq. 27, 55 sqq. 29, 27 sq. 54, 37 sq. leguntur. Verbis autem الخوض فى القلوط ومحافر الشروط Sodomae excidium, quo gens perierit, auctor indicare vult. — lin. 29. Filiorum Iacobi agendi ratio, qua Iosephum in puteum demittebant, in Corano narrata est Sur. 12, 4 sqq. Hiobi morbus in Corano Sur. 38, 40 diabolo tribuitur. Verba autem: „et adversatus sum matri Ismaelis“ ad tempus referri posse videntur, quo Ismael cum matre Hagar in deserto inter colles Marwan et Zafam apud Meccam ab Abrahamo relictus fuerat, ut Sarae satisfieret conf. Essai sur l'histoire des Arabes etc. T. I p. 164 sqq.; sed quid verba: „et eius filio (Ismaeli), qui cum amico Dei (Abrahamo) esset, restiti“ significent, dicere haud possum. Abrahamus sine dubio cognomen amici Dei accepit, quod in Corano Sur. 4, 124 legitur „et Deus Abrahamum amicum sibi sumsit“). Auctor fortasse de tempore haec intelligi vult, quo Abrahamus ab Ismaele adiutus templum (Cahbam) Meccae exstruxisse dicitur ibid. p. 170 sqq. In libro كتاب تهذيب الاسماء, in quo tam de Abrahamo quam de Ismaele sermo est, nil inveni, quod ad haec verba referretur. „Effeci, ut Iosua rem piscis oblivisceretur“ Moses Chidhrum, quem, se sapientiorem cognovisset, quaesiturus exierat. Deus enim Mosi, se illum apud petram ad littus maris inventurum esse, promiserat et, quum Deus roganti Mosi imperasset, ut piscem in sporta secum portaret, nam ubi piscis amitteretur, ibi Chidrum esse dicens, Moses Josuam, quem secum duxerat, ut piscis curam haberet, monuit, ita ut, si piscis amissus esset, ipsum rei certiorem faceret. Quod autem iussum a Iosua

neglectum ab auctore daemoni tribuitur conf. Coran. Sur. 18, 59 sq. In Corano autem tam Mosi quam Iosuae rei oblivio adscribitur. Voces صاحب الحوت Ionam designant. Auctor sine dubio verbis significare vult, daemonem iis opem tulisse, qui Ionam in mare deiicerent. Rei in Corano Sur. 68, 48 mentio facta est. Hoc in loco vox الحوت duabus phrasibus homoioteleuto inservit, quod regulis repugnat conf. librum meum: Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 325 sq. Daemonem in throno Salomonis sedisse in Corano Sur. 38, 33 ab interpretibus commemoratum invenimus. — lin. 31. Saulum cum Goliatho pugnasse, in Corano Sur. 2, 250 legimus. — lin. 32. Hamanum adiutorem Pharaonis in persequendis Israelitis fuisse, in Corano pluribus locis legimus Sur. 28, 5. 7. 38. 40, 25. Aegyptii a Mose occisi in Corano Sur. 26, 18, 28, 14. mentio facta est; quae res Mosem poenitet, diabolo tribuitur. Davidis peccati brevis tantum mentio facta est in Corano Sur. 38, 16. De Koraho (Karun) et Iudaeis in Corano Sur. 28, 81 sermo est. Zachariam post Jahjam occisum esse, in libro كتاب تهذيب الاسماء p. ٢٥٥ legimus. Qui scire cupit ea, quae Arabes de Iohanne retulerint, eundem librum evolvat p. ٦٢٣.

Pag. 77. lin. 1. In Corano pluribus locis de Zacharia et Jahja (Iohanne) Sur. 6, 85. 19, 1 sqq. 21, 89 sermo est; sed de eorum morte tacet Beidhawius. In libro auctoris nostri: Vita Timuri T, II p. 842 ed. Mang. Iohannem serra necatum esse invenimus. Iudaei prophetam Iesäiam serra necatum esse dicunt. Quae auctor noster dixit, ex Iudaeorum Christianorumque scriptis ad Arabes pervenerunt. Vox جريت est pro جرأت „ad audaciam incitavi.“ — lin. 3. In Corani locis Sur. 7, 146. 20, 9 legimus, Samaritanum Isräelitis confecisse vitulum aureum voce praeditum. In iis, quae de gente Isae (Christianis) auctor profert, dissidia et sectas inter Christianos ortas respicit. — lin. 4. Versus metrum Hesedj est conf. Darstell. p. 226; sed modum consuetum relinquens loco pedis ◦ — — — مفاعيلن in fine utriusque hemistichii pedem مفاعيلان ◦ — — — posuit. — lin. 5. Verba etc. وقد بلغنى عن جمع „Et ad me pervenit nuntius auctoribus iis, qui furtim angelorum sermonem explorant“ i. e. daemonibus, qui usque ad coelum, ut sermonem angelorum audiant, adscendere putantur, quapropter stellis volantibus iaciuntur conf. p. 69. 76. — lin. 6. Ego autem ipse stellas a coelo furtim abripio et stellas volantes celeritate supero (ut iactae me haud adtingant). — lin. 7. شيخ نجدى cognomen daemonis esse in lexico Ferhenc-Schoouri legitur (lexic. Pers. Tur. Constant.). Verba: lepus collis (Ahkabah), res, quae in isto colle in sinistro latere viae Meccâ ad locum Mina ducentis actas respiciunt. Tempore, quo Mohammedi de bono successu desperandum erat, accidit, ut in isto colle viros duodecim Medinenses sedentes inveniret. Quibus quum rem suam exposuisset, fidem praestiterunt. Anno sequente decimo tertio, postquam legatum Dei se declaraverat, secunda vice plures Medinenses eodem loco convenerant et obedientiam Mohammedi promiserant. A fastigio collis autem clamantem audiverunt, quem Satanam fuisse posteri putabant. Mohammedes isto clamore audito dixisse fertur: هذا ارنب العقبة هذا ابن ارنب „hic lepus collis, hic filius leporis est.“ (Sic autem pro vocibus هذا ازب العقبة, ut in loco: De vita Mohammedis ed. Gagnier p. 44 not. a. legitur, legendum censeo). Verba

المقيم فى الطشت البيضة verto: „Qui efficit, ut in pelvi ovum stet“ i. e. qui rem aliis impossibilem perficit. Num verba sensum generalem habeant an factum praestigiatoris cuiusdam respiciant, nescio. — lin. 7. Gens Banu-Koraithsah, Iudaei in propinquo oppidi Medinae habitantes, qui antea cum Mohammede pacem coluerant, anno quinto post fugam autem se Koraischitis, ut Mohammedi eiusque sectatoribus in oppido Medina bellum inferrent, coniunxerant. Quum Mohammedani in isto bello victores essent, postea tota ista Iudaeorum gens exstirpata est. conf. cl. Weili librum: Mohammed der Prophet p. 160. 168 sqq. cl. Caussin de Perceval Essai sur l'histoire des Arabes etc. T. III 133. 141. 145. — lin. 8. Ohod et Bedr locorum nomina sunt, apud quae pugna Mohammedanorum contra Koraischitas fuit. Apud locum Bedr anno fugae secundo Mohammedani victoria potiti sunt, apud locum Ohod anno fugae tertio cladem acceperunt. conf. Weil p. 102, 124 Caussin III, 36 sqq. III, 98 sqq. Gagnier Vit. Moham. p. 56 sqq. 64 sqq. Clamor a Chaledo b. Alwalid sublatus, Mohammedem occisum esse, quum Mohammedanorum animos deprimeret, vera cladis causa erat conf. Gagnier p. 66. — lin. 9. De caede Ohmari anno 22 fugae conf. libr: Geschichte der Tödtung des Chalifen Omar von von Platen Berlin 1837. Abulf. Annal. T. I p. 250 sq. cl. Weil's Geschichte der Chalifen T. I. 127 sqq. Ohtsman chalifa anno 35 fugae occisus est conf. Abulf. Ann. T. I p. 274. Geschichte der Chalifen T. I p. 165 sqq. De Ahlii caede anno 40 conf. Abulf. T. I p. 332 Weil Geschichte T. I p. 249 sq. Pugna cameli sic appellata, quod Ahjischa in pugna camelo vehens praesens erat, anno fugae 36 erat conf. Abulf. T. I p. 294 sqq. Weil Geschichte etc. T. I p. 210. Locus Ziffin in occidentali Euphratis ripa e regione arcis Djahbar situs est. conf. Abulf. Geogr. et libr. meum Selecta ex historia Halebi p. 51 adnott. Ibi inter Ahlium et Moahwijahum multis praeliis anno 37 fugae pugnatum est Abulf. Ann. T. I p. 304 Weil Geschichte etc. T. I p. 222. Hadjdjadjus b. Jusuf, qui sub Ahbd-Almalico b. Merwan Meccae templum, in quo Ahbd-Allah b. Sobair se defenderet, destruxerat et postea Iracae provinciam chalifae subiecerat, in rebelles crudeliter saeviens ab Arabibus omnium crudelissimus putatur. Diem supremum obiit anno 95 conf. Weil Geschichte T. I p. 418. 432 adn. Quis Alwalidus sit, haud certum mihi videtur. Duo enim sunt sic appellati chalifae, unus Alwalid filius Ahbd-Almalici, qui patrem anno 86 in imperio secutus anno 96 mortuus est. Quamquam ipsi crudelitas haud adscribitur, tamen ob Hadjdjadji crudelitatem, qui sub eius imperio Iracae praefecturam gereret, is cum Hadjdjadjo coniunctus putari potest. Alter Walidus, qui post Hischamum anno 125 regno potitus est, crudelitatis accusatur. Anno 126 occisus est. — lin. 11. De vocibus والجمع اهل الجماعات confer p. 55. — lin. 12. Quae Arabes de Antichristo المسيح الدجال qui ante diem extremum tanquam eius indicium in mundum venturus putatur, fabulantur vide in libro l'Alcoran par du Ryer T. I p. 163 sq. — lin. 17. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 18. الجنة الحمرا „paradisus ruber“ ignem infernum designat. — lin. 23. Vox جانى homoioteleuti causa pro جاب est. Quum post particulam كم aut genitivus aut praepositio من sequatur, mirum est, quod ذو وساوس in codicibus inveniatur conf. Gram. Arab. T. II p. 66. 574. — lin. 27. Aut عُشّاق legendum est aut عشتاق pro عُشّاق dictum est. — lin. 29. Vocibus

على باب خدمتى واقف morem respicit, quo, qui principibus servire cupiebant, ut benevolentiam conciliarent, ad portam stare solebant. — lin. 30. Voces سرهم ونجواهم e Corano desumtae sunt Sur. 9, 79. 43 80. Verba autem الا الذين usque وقليل ما هم Sur 38, 23 leguntur. — lin. 31. Verba بزرقك وسالوسك وناموسك وطامتك verto: „cum caecitate et salute tua; iudicio extremo et lege tua", nam vox سالوس sine dubio latinum salus, vox ناموس graecum *νόμος* est.

Pag. 78. lin. 3. De vocibus المنطوق والمفهوم confer p. 5. — lin. 5. مريدوك discipuli tui conf. p. 26. — lin. 16. Verba واذا اردنا usque ad vocem تدميرا in Corano Sur. 17, 17 leguntur. — lin. 17. Verbis الحمار فى الوحل auctor proverbium Meid. T. I p. 728 اصبح فيما دهاه كالحمار الموحول „Fuit in re, quae accidit, tanquam asinus in luto demersus" respicit. De columbis in rete venatoris in libro Calila wa Dimnah p. ۱۹۱ sermo est. — lin. 18. Hac linea plures verborum lusus continentur, dum in pluribus phrasibus eaedem litterae; sed diverso modo coniunctae in vocibus adhibitae sunt, ut in vocibus ارى قدمك et اراق دماء etc. — lin 20. ويخلى من دياركم ديارهم „et removebit e provinciis vestris domus vestras." Pro فاول الخلق legas فاقل الخلق. — lin. 22. Pro عربه وعجيبه legas غريبه وعجيبه. — lin. 24. Deo volente Nimrodum a culice occisum esse, putant. In libro: Biblioth. Orient. d'Herbelot sub voce Nemrod legimus: (Dieu) punit ceux, qui demeurerent attachés à lui, par une nuée de moucherons, qui les fit presque tous périr, selon le rapport de Demiathi. L'Auteur du Lebab ajoute, qu'un de ces moucherons étant entré par les narines de Nemrod, pénétra jusqu'à une des membranes de son cerveau, où grossissant de jour en jour, il lui causa une si grande douleur, qu'il étoit obligé de se faire battre la tête avec un maillet, pour pouvoir prendre quelque repos et qu'il souffrit ce supplice pendant l'espace de quatre cent ans. Res quoque legitur in libro: Tochfat Ichwan Alzafa p. ۴۰۰. Verba يريدون usque ad الكافرون legimus in Corano Sur. 9, 32. — lin. 25. Verba انه ليس usque ad مشركون in Corano Sur. 16, 101 sq. invenimus. — lin. 28. Voces الخالى من العاطل hoc loco equos in hippodromo ornatos et ornamentis carentes designant.

Pag. 79. lin. 2. In vocibus لعبقة الاعراف والاعراف, in quibus codices vehementer dissentiunt, interpretantis in dubio est animus, tum quod modus legendi incertus est, tum quod vocis الاعراف significatio incerta. Rebus diligenter perpensis vix dubito, quin legendum sit: لعبقة الاعراق والاعراف et vertendum: „Sane adhaerent radicibus (venis) iubisque." Auctor duabus similibus vocibus ludit. Fortasse auctor radicibus (venis) iubisque interiorem et exteriorem partem significare vult. Vox الاعراف quidem in Corano Sur. 7, 44. 46 occurrit; sed quomodo locus noster cum istis locis cohaereat, non video. Verbis „post montem Kaf" auctor dicere vult, eos in mundo locum habituros non esse, nam auctore Kaswinio T. I p. ۱۷۰ mundus monte Kaf circumdatur, ut nonnulli montes mundi cum illo cohaerere putent. confer Géographie d'Abulfeda par M. Reinaud traduction francaise T. I p. CLXXXI. — lin. 3. Voces وحزب الله هم الغالبون e Corani loco Sur. 5, 61 desumtae sunt. — lin. 4. ولكن الشروع ملزم „sed aggredi rem necessarium est." — lin. 6. Auctor nonnisi homoioteleuto coactus نار السموم

„ignis venti fervidi“ dixit, nam antea eum ex igne sine fumo creatum dixerat conf. p. 55. — lin. 7. De voce المخلصون confer vocem اخلاص 1. 7. 31 etc. Voces خبطوا واختبطوا „Pede terram percusserant et frondes ex arbore decusserant“ a camelis desumtae sunt i. e. postquam substiterant (cameli) et homines frondes decusserant, ut camelis pabulum porrigerent; solebant enim frondes decutere. Sic in proverbio legitur: لا يعدم خابط ورقا „Qui arborem percutit, ei folia non deerunt“ i. e. qui pabulum camelis quaerit, id inveniet. conf. Meid. T II p. 528. — lin. 10. زنادقة بغداد Zendiki Bagdadi i. e. ii, qui in oppido Bagdad cultui Magorum dediti erant. Chalifa Alhadi anno 163 in tractu Halebi eos occidit. Nec non poetam Baschschar b. Bord eiusdem rei accusatum necavit conf. Abulf. Ann. T. II p. 44. 50. Abulphar. p. 230. Quo autem tempore ex urbe Bagdad expulsi sint, in libris historicis haud legi. — lin. 10. Voces فى الرسايل „in dissertationibus“ hoc loco quaestionum significationem habeant, necesse est. — lin. 12. Vox العرض Accidens in libro تعريفات sic definitur: العرض الموجود الذى يحتاج فى وجوده الى موضع اى محل يقوم به كاللون etc. — lin. 13. Vox الاستقصات ex Graeco στοιχεῖον orta elementa designat. — lin. 16. ساكنة كالفصوص فى الرصعات „quiescentes ut palae annuli locis suis.“ Vox الرصعات, cui in lexicis nulla huic loco apta significatio tribuitur, partes annuli designet, necesse est, in quas palae insertae sunt. — lin. 24. Legitur et اشتراك et اشراك. Quamquam posterius ferri potest, tamen vocem اشراك praeferendam puto, tum quae eandem quam vox ادراك formam habeat, tum quae sensui aptior sit; significat enim, eum, qui talem vim sideribus tribuat, Deo altissimo socios dare, — lin. 25. لا يسلم فى ذلك طريق الجوار „Et non tradit in eo viam transitus i. e. haud permittit in hoc aliquid statuere. — lin. 27. Verba يخلق ما يشاء ويختار in Corano Sur. 28, 68 leguntur. — lin. 30. السقمونيا Graecum σκαμμωνία est. Item vox مومیا, de qua conf. Chardin voyage en Perse Par. 1811 T. III p. 311. conf. Abd-Allalatif Relation de l'Egypte p. 273 sqq. — lin. 32. De voce برج الحمل etc confer Kazwini Kosmogr. T. I p. ٣٧.

Pag. 80. lin. 1. 2. Solem, quem auctor hoc loco الغزالة appellat, cum pecore, quod Meccam, ut sacrificetur, ducitur, comparat. — lin. 7. De Abrahamo in ignem iniecto confer Sur. 21, 68. 29, 23. De Maria et filio eius Sur. 3, 40 sqq. De Mose Israelitas per mare rubrum ducente confer Sur. 2, 47. — lin. 13. Locum, in quo animae et mentes locum habeant, اعلى العليين appellari dicit. Vox العليين in Corani loco Sur. 83, 18 sq. invenitur; sed Beidhawius in commentario eam haud explicavit. In scholiis ad Haririi opus p. ٣ multum dissentire interpretes legimus, ut quae vera huius vocis significatio sit, difficile dictu adpareat conf. lex. m. Locum esse in coelo septimo, ad quem animae credentium adscendant, maior interpretum pars putare videtur, quippe quam significationem Kamusi auctor adnotaverit alias omittens. — lin. 14. Vox بساطة simplicitatem elementi designat. — lin. 15. Voci الاكوان hoc in loco significatio danda est, quae definitioni in libro تعريفات adnotatae convenit انكون اسم لما حدث دفعة كانقلاب الماء هواء ... ...فقيل الكون الصورة فى المادة بعد ان لم تكن حاصلة فيها. Vox القدرة autem facultatem animalis designat, qua ex voluntate agere aut non agere potest. — lin. 19. De voce النقل confer 18. 23. 183 lin. 28. Verba Corani وما خلقت

etc. Sur. 51, 56; verba وما اريد v. 57 leguntur. Auctor voces اى ليعرفون addidit, ut vocis ليعبدون hoc in loco significationem indicaret, propterea quod a Corani interpretibus cultus divini significatio voci tribuitur.

Pag. 81. l. 5. 6. De vocibus الاجماع et القياس confer definitiones, quas in lexico e libro تعريفات andnotavi. — lin. 12. In verbis: „Et manifestum est, imperatorem (Sultanum) rerum, quae mente intelliguntur, in regnis chalifae legis eiusque provinciis ab imperio remotum esse“ ad dignitatem seu munus Sultani sub imperio chalifarum respicit. Chalifae Ahbbasidarum, quum eorum potentia turbis semper motis deminuta esset, ut vitam suam vix tueri possent, ex servis Turcis praetorianos sibi eligebant. Horum autem duces aliique insignes Turcae tantam potentiam nacti sunt, ut imperium exercerent. Chalifa Watsik b'illah, qui anno 227 imperium obtinuit, Aschnasum Turcam vicarium suum creaverat conf. Selecta ex historia Halebi not. p. 84. Chalifa Almotawaccil (regnare incepit anno 233) Turcae Sultani munus, ad quem provinciarum res spectarent, tradidisse videtur conf. ibid. text. Arab. p. ۴۴. Anno 249 milites et plebs qúum (Abulfeda narrante) contra Turcas, qui summum imperium exercerent, turbas movissent, victi sunt (Abulf. Ann. T. II p. 210). Bagdadi Sultanum praetorianis praefuisse, e loco Abulfedae T. II p. 332 coniicio; sed eum eundem fuisse ac صاحب الشرطة, quae est Reiskii opinio ib. Not. 281., non puto. Maior sine dubio eius erat auctoritas, ut, qui صاحب الشرطة appellatus esset, Sultani imperio subiectus esset; sed fieri potest, ut Sultani potestas diversis temporibus diversa esset, qua de re plura alio loco, Deo volente, disputare in animo est. — lin. 15. Ut melius intelligas ea, quae auctor vocibus النفس الانسانية voluerit, conferas p. 11. — lin. 26. Verba e Corano citata يوتى الحكمة usque ad اولو الالباب leguntur Sur. 2, 272; sed in Corani loco من يوت legitur, quod in loco quoque nostro ponendum est.

Pag. 82. lin. 3. Vox الولاية hoc loco sine dubio coniunctionem cum Deo significat qua efficitur, ut res aliis obscurae revelentur. — lin. 18. Vox التودية, de quo dubitari potest, hoc loco expiationem caedis dato pretio significare videtur. — lin. 26 Locus e Corano citatus legitur Sur. 3, 48. — lin. 27. Corani loci sunt Sur. 19, 58 et Sur. 7, 175. — lin. 29. In libro تعريفات anima triplex esse dicitur 1) مطمئنة 2) لوامة 3) امارة. — lin. 31. Verba تنزيلا للتنويع فى الصفات منزلة التنويع فى الذات sic vertas: dum diversas eius species in attributis loco specierum in substantiis ponunt. — lin. 32. De vocibus نفس رحمانية confer librum تعريفات sub voce نفس.

Pag. 83. lin. 1. Verba Corani Sur. 91, 7 sic vertenda sunt: „Et per animam et quod (qui) eam creavit, tum ei inspiravit peccata sua Deique timorem et prosper est, qui eam puram conservat et frustrabitur, qui eam corrupit.“ — lin. 3. De elemento levi العنصر الخفيف et elemento gravi العنصر الثقيل confer librum تعريفات. — lin. 12. Pro voce الآيات melius cum codice B. الابيات legendum puto, quippe versus poetae melius cum proverbiis et bestiis coniungantur, quam Corani versus. — lin. 16. Verba لا يحصى ثناء عليك انت كما

ما عرفتك حق معرفتك et اثنيت على نفسك sine dubio Mohammedis traditione conservata sunt. — lin. 17. Verba وما قدروا الله حق قدره, sic enim legendum est, in Corano Sur. 6, 91 leguntur. — lin. 19. Verba حيّ على الفلاح sunt eius, qui ad preces matutinas convocat. Dicere solet حى على الصلوة وحى عل الفلاح confer. Har. p. ٢٨٩ l. 15. Selecta ex historia Halebi praef. XXXIV. De viris, qui precum tempus in turribus publice annunciant conf. Chardin voyage en Perse Par. 1811 T. VII p. 11. — lin. 23. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 27. Voces الصراط المستقيم e Corano desumtae sunt conf. p. 74.

Pag. 84. lin. 4. Verba ان الشيوخ اكمل etc. cuiusdam verba sunt; saltem sensum eorum sine dubio alius quidam protulit. — lin. 8. Verba التجربة مراة العقل a me inter proverbia recentiora recepta sunt conf. Meid. T. III P. 1 p. 69. — lin. 9. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 16 sq. In verbis ولاى معنى غلب للحرص والهوى والرغبة فيها على اهلها homoioteleutum imperfectum est, nam in vocibus معنى et الهوى homoioteleutum est; minus autem in vocibus فيها et اهلها. — lin. 18. Verba هو بكل خلق عليم verbis similia sunt saepius in Corano occurrentibus الله بكل شى عليم. — lin. 27. Verba وما منهم الا له مقام معلوم e Corano Sur. 37, 164 desumta sunt; verba autem لا يعصون usque ad ما يؤمرون Sur. 66, 6 leguntur.

Pag. 85. lin. 1. Verba وتجلت صفات ذاته etc. sic verto: Et apparent (tanquam sponsa) [1] qualitates substantiae eius in agmine regularum piorum et calamus scriptorius nobilium scribarum (conf. Cor. Sur. 82, 11) mandatum nominis earum verbis Corani, quae Sur. 83, 18 leguntur, scripsit. — lin. 6. Verba واستحوذ عليهم e Corano Sur. 58, 20 desumta sunt. — lin. 8. Verba يا ليتنى كنت ترابا Corani sunt conf. Sur. 78, 41. — lin. 11. Voces الوسواس الخناس e Corano Sur. 114, 4 sunt. — lin. 14. In verbis وحصل بذلك منهم للانس الانس „Et per hanc rem provenit ex iis generi humano familiaritas“ lusus verborum invenitur; sed significatio posterioris vocis الانس mihi dubia est.

Pag. 86. lin. 2. De vocibus الشيطان الرجيم confer Coran. Sur. 15 v. 17 et al. loc. — lin. 3. Auctor beneficia cum vestibus pretiosis, quales reges donare solebant, خلع appellatis comparavit. Temporibus antiquis vestes illae honoris causa datae duabus partibus constabant; recentioribus autem temporibus plures res addebantur. Hanc ob causam verbo افرغ usus est. In vocibus وكرمه et نعمه duplicem significationem esse voluit auctor; enunciari enim potest aut كَرِمَه aut كَرَّمَه, tum نَعِمَه aut نَعَّمَه. — lin. 4. Auctor vocem عقيد adhibuit, quae sono voci عقود simillima esset. Voci autem nexi, nodati significatio tribuenda est, ut voces عقيد هذا الاحماض sint pro هذا الاحماض العقيد dictae. Auctor شفاه الادب „labia boni moris“ dixit, quod mos a subdito postulabat, ut coram rege terram oscu-

1) Hunc codicis 1510 legendi modum tum ob ea, quae auctor praemiserat, tum ob constructionem praeferendum puto.

laretur. Terram servitii autem dixit, quod terram coram aliquo osculari, servitii signum erat. — lin. 5. Leonem مرتاض „disciplinâ subactum“ appellavit, quod ferox non amplius erat; sed tanquam mitem regem se gerebat. — lin. 6. Hunc leonem multa nomina cognominaque habuisse, auctor dicit. Leonis tam magnus nominum cognominumque numerus est, ut difficile creditu sit, nisi in grammaticorum operibus illa nomina et cognomina collecta inveniantur. Res autem inde orta est, quod lingua Arabica ante Mohammedem in diversis Arabum gentibus a poetis exculta et aucta, in multis dialectis asservata post Mohammedem in unum corpus coaluit. In libro Abu-Sahli Mohammedis ben-Ali Herewi (obiit 433) sexcenta nomina recensentur conf. Hadji-Chalifae opus T. I p. 286 ed. cl. Fluegelii. — lin. 11. Arabibus triplex nominum genus est, de quibus in Hamasa T. II P. 2 p. 26 pluribus disputavi. — lin. 11. „Nominum multitudo dignitatem appellati indicat.“ Hisce verbis auctor significare vult, talem obscurum non esse. In cognominibus autem honor erat, ut princeps, si quem honorifice excipere vellet, eum cognomine alloqueretur; e contrario autem hoc facere intermitteret conf. Selecta ex historia Halebi p. 38 sq. et Chrestom. mea gram. hist. p. ٣٩ l. 4 p. ٤٠ l. 6. 11. Quapropter in proverbio dicitur: الكنى منبهة والاسامى منقصة „Cognomina hominis dignitatem ostendunt, nomina defectus sunt“ Meid. T. II p. 403. — lin. 12. Verbis مترشف etc, auctor dicere vult, mandata eius subditis tam grata fuisse, ut ea tam lubenter perficerent, quam amans amatae ori oscula infigere solet. Voluntatem perficiendi cum amante comparavit, qui ore suo labiis mandatorum, quae loco amatae sunt, oscula dat. — lin. 13. „Duo compotores ut compotores Djadsimahi“. Duo viri Malic et Ohkail, Faridji filii, e gente Balkain nepotem Djadsimahi e Rikascha natum, qui in deserto errasset, reduxerant. Hanc ob causam compotores regis per quadraginta annos manserunt. Res haec in proverbii consuetudinem veniens diuturnum consortium indicat conf. Meidan. T. III P. 1 p. 30. 43 Harir. p. ٣٤٢. — lin. 13. Eos in mulierum habitaculum intrare, quod viris vetitum est, intimam amicitiam et maximum regis favorem, quo gaudebant, indicat. — lin. 21. Voces جساوة et قساوة hoc loco sic distinguendae sunt, ut prior exteriorem duritiem, quae se in agendo erga aliquem ostendit, posterior autem duram animi conditionem, quae ex priore, si repetitur, prodit, significet. — lin. 22. Auctor in verbis من الغصص فى قفص similis soni rationem habens, vocem قفص cum voce الغصص, quum comparandi modus haud aptus sit, haud bene coniungi, non curavit. — lin. 23. Verba يتغدى بهما قبل ان يتعشيا proverbialis loquendi modus sunt, qui Meid. T. I p. 237 sic legitur: تغد بالجدى قبل ان يتعشى بك „Prande haedum, priusquam te vesperâ edet! „Inverso ordine loquendi modum adhibitum invenimus“ ib. T. II p. 211. — lin. 25. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162.

Pag. 87. lin. 2. Auctor nocturna colloquia, in quibus unus cum altero vices agit, cum panno comparavit, cuius extremae partes ab utraque parte ultro citroque trahuntur. — lin. 4. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 5. Vox كالتقا metri causa pro كالتقاء est. — lin. 8. Auctor in vocibus زمارة رمازة verborum lusum intendit. „Cecinit instrumentum musicum, quod ore inflatur, podicis regis.“ — lin. 10. Verba الضحك بلا سبب من

قلة الادب proverbiis recentioribus adnumerantur Meid. T. III P. 1 p. 288. — lin. 11. Verbum احترم hoc loco sine dubio venerandi significationem habet. — lin. 16. Verba يعتذر عن النايم العين وكاء السه „Eum, cuius oculus dormit, vinculum defectus prudentiae excusat“ sine dubio Mohammedis sunt traditione asservata. — lin. 17. Et verba وعن النايم حتى يفيق Mohammedis esse puto traditione asservata, in quibus ii descripti sunt, qui excusatione digni habentur. Verba autem وعن النايم حتى يفيق cum omissis cohaerent. Vertas: „Lex autem status dormientium explicavit et statibus vigilantium aequales eos reddidit, ut quaedam iudicia conservaret. Sunt circa viginti quinque quaestiones a iurisconsultis perfectis propositae.“ — lin. 19. „Legi in libro الاخلاق, Deum generosum creatorem, quum genus gentium in naturis indolibusque ita creasset, ut pes inter se aequalis esset (i. e. quae semper eodem modo constitutae manent, ut una inter caeteras excellere haud possit), una alteram vituperare non potest etc. كتاب الاخلاق. Quem librum hisce vocibus auctor voluerit, dicere haud possum; sunt enim plures libri de hoc argumento compositi, de quibus conferas Hadji-Chalf. T. II p. 200 sq. ed. cl. Fluegelii. — lin. 25. De verbis كتابه للحكم confer p. 48. Verba فاستقم ما امرت in duobus Corani locis Sur. 11, 114. 42, 14 leguntur. — lin. 26. Verba شيبتنى هود واخواتها „Senem me fecerunt Hud eiusque sorores“ sine dubio Mohammedis sunt traditione nobis asservata; sed, quid significent, difficile dictu est. Hoc loco de propheta Hud cogitandum non esse, e suffixo generis feminini cognoscere licet. Est quoque nomen Judaeorum pro يهود, quibus vox اخواتها apta non videtur. Denique caput Corani undecimum سورة هود inscriptum est et capita alia Corani اخواتها „eius sorores“ appellari possunt. — lin. 27. Verba ادبنى etc. Mohammedis sunt traditione asservata. — lin. 29. Auctor vocibus عرت (pro عريت) nuda fuit et لباس vestimentum ludit; sed modo mihi minus probando, nam si quis scientiae vestimento tectus est, eum nudum esse, dici non potest. — lin. 30. Verba: „quum hisce indolibus instructa avis mea volat“, nil significant, nisi „quum tales indoles meae sint.“

Pag. 88. lin. 5. Imamus Malic b. Anas natus anno 95 mortuus anno 179 (sed dissentiunt auctores) celeberrimus iurisconsultus et scholae Malecitarum auctor in oppido Medina sedem habuit. Litterae رض sunt pro رضى الله عنه. Verba autem, quae Malecus oppidum Medina intrans dixerat, tanquam cognita auctor omisisse videtur, nam quae sequuntur verba وقيل لم يدرك usque ad مقدارا Maleci non sunt. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 9. Vox خرج hoc loco saccum significat in anteriore et posteriore parte impletum, cuius una pars sc. pars hominum vitiis plena, super pectus, altera suis vitiis impleta super dorsum dependet. — lin. 14. Auctor in versu proverbium respicit, quod apud Meidanium T I p. 744 legitur: اصعب من رد الشخب فى الضرع „Difficilius quam reducere lac emissum in mammam.“ Littera Alif in fine vocis اللبنا a rei metricae peritis حرف الاطلاق appellatur et litterae addendae modus, qua vocalis in fine versus extenditur, اشباع appellatur conf. Darstellung der Arab. Verskunst p. 310. — lin. 25. Quae Arabes de secretis senserint, vide apud Meid T. I p. 685 T. III P. 1 p. 222. — lin. 26. Auctor vocibus قيد et كبد ludit. — lin. 27. Versus metrum Ramal est conf. Darstell. p. 237 A. b. Posterior versus pars

proverbium est; dicitur enim سر اثنين شاع بين الفين „Secretum inter duos inter duo millia divulgatum est“ Meid. T. III P. 1 p. 222. — lin. 22. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 31. اللصوص القرارية „fures, quibus furtum ars est, quam exercent.“ Vox القرارية pluralis vocis القرارى est modo, quo a singulari شافعى pluralis شافعيّة formatur. Inservit igitur vox voci اللصوص adpositioni, ut vertantur: fures opifices.

Pag. 89. lin. 2. Furis animam cum impudica femina auctor comparavit. — lin. 3. Auctor id respicit, quod de stellis volantibus dictum est, quibus daemones ab angelis, quorum sermones furtim ab iis audiri putantur, iaciuntur conf. 69. 76. 77. — lin. 5. Verbum اختتم hoc loco occultandi significationem habet. Sensus est: metuit, ne ex occultando secreto ipsi malum oriretur. Verba والمقدر كاين والخايف خاين parenthesi sunt Verbis الخايف خاين „Metuens perfidus est“ dicere vult, eum, qui calamitatem metuat, alteri fidem datam haud servare. Verba الخاين خايف inter proverbia recentia sunt conf. p. ۱۲v l. 30. Secretum autem, quod animo absconderet, quum inde inquietus fieret, cum vino bulliente, quod spumam eiicit, comparavit. Verbum طفح in vino quoque, quo quis ebrius est, adhibetur. — lin. 8. Verba وعلى تقدير seriore aetate loquendi modus sunt „et in eo casu, si hoc esset, is loco filii mei habendus est etc.“ — lin. 12. De voce سراويل, quibus femoralia designantur, confer librum Dictionnaire detaillé des noms des vetements chez les Arabes p. 203 sqq. — lin. 18. Vox الجوار homoioteleuti causa pro الجوارى est. — lin. 19. Voces اليوم العسير in Corano diem extremi iudicii designant conf. Sur. 25, 28. 74, 9. — lin. 21. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 195. — lin. 23. Verba proverbii in Meidanii opere T. I p. 136 sunt. — lin. 24. In proverbio Persico للديوار اكواش auctor noster sine dubio hnmoioteleuti causa voci Persicae كوش (auris) pluralem Arabicum اكواش dedit. — lin. 30. Verba ما يلفظ usque ad عتيد e Corano Sur. 50, 17 desumta sunt. De noxa multi sermonis confer Meid. T. I p. 82. T. III P. 1 p. 434.

Pag. 90. lin. 1. Vox ان in versu superflua est. Versus metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. b. — lin. 3. Voci باد aut Persicae significatio venti aut Arabicae apparentis dari potest. — lin. 3. Voci ظرف duplex significatio est, una vasis, ut cum voce وعاء coniungatur, altera praepositionis in grammatica, ut cum voce حرف cohaereat. — lin. 4. لقاعا ob homoioteleuton pro لقاءها est. — lin. 6. 7. In lineis hisce plures proverbiales loquendi modi sunt. Unum proverbium est: لسانك سبع ان عقلته حرسك وان اطلقته افترسك „Lingua tua leo est, quam si ligas, te custodit; sin eam libere dimittis, te lacerat“ Meid. T. III Pag. 1 p. 476. Alterum est: سرك اسيرك ان صنته وانت اسيره ان اظهرته „Secretum tuum captivus tuus est, si id custodis; sin id divulgas, tu eius captivus es ib. p. 222. — lin. 10. Mohammedes propheta hominum daemonumque appellatus est, quippe inter Arabes sunt, qui putent, eum ad daemones quoque missum esse, quorum pars crediderit pars incredula manserit. Domair s. v. جن et Tochfat-Ichwan Alzafa p. ۲۵۵. امام الحرمين „Imamus duorum oppidorum sacrorum“ i.e. Meccae Medinaeque. Verba حكمة الصمت verba Mohammedis sunt;

traditione nobis asservata. Sic quoque verba البلاء موكل بالمنطق, quibus proverbii verba بلاء الانسان من اللسان „Hominis aerumna e lingua oritur“ similia sunt. ib. p. 44. — lin. 11. Verba السكوت يستر similia sunt verbis proverbii: صمت الجاهل ستر وكلام العالم فخر „Silentium ignorantis velum est et sermo docti gloria“ ib. p. 283 conf. p. 230. — lin. 16. Auctor vocibus وراوية etc. ludit. Auctor autem morem respicere videtur, quo antiquo tempore quilibet poeta celeber amicum poetam haberet, qui eius carmina memoriâ teneret et aliis recitaret. Sic hic suum amicum eum esse dicit, qui eius res gestas aliis narraret conf. Darstellung der Arab. Verskunst p. 393. — lin. 18. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 21. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 195. — lin. 25. Verba كيف يغتفر sic verto et intelligo: Quomodo condonabitur uni duorum laterum et libere dimittitur unus vinctorum duorum et quomodo excusabitur fato et decreto divino in uno casuum duorum? i. e. Si unus duorum amicorum, quales nos sumus, peccatum committit, noxa ad alterum redundet, necesse est, neque in ulla re decretum divinum, ex quo res commissae antea decretae sint, excusationi esse potest. Hisce autem verbis ea, quae sequuntur, praeparavit auctor; attamen vero omnia evenire e decreto divino et fortunam hominis secundam tantam vim habere, ut nemo ei resistere possit. Voce القصيتين sine dubio hominis fortunam secundam et fortunam adversam designat. — lin. 28. Sic verto: Et quodvis verbum, quod ignorans profert, tale est, ut viae dux (argumentum) sensuum eius argumenta prudentiâ praeditorum in desertis viâ carentibus et locis relictis esse sinat et animalcula eorum, qui consiliis rectis, potantibus praediti sunt, in desertis viâ carentibus vallis magnae stuporis loca aquâ abundantia inveniant.“ Quamquam sensus clarus est, tamen locus explicatu difficilis est. Auctor voce دليل, quâ viae dux et argumentum significatur, ludit. Dicit: si prudentibus fortuna adversa est, ipsa ignorantis verba prudentium verba vincunt, ut quasi in deserto viâ carente nesciant, quo se vertant. Tum auctor alium comparandi modum incipit. Consiliis rectis prudentium animalcula دعاميص appellata, quae in aquam se immergunt, tribuit eamque ob causam consilia illa recta potantia esse dixit; dixit igitur, ista animalcula invenire loca aquâ abundantia in locis viâ carentibus vallis magnae stuporis. Voce مناهل auctor usus est, propterea quod illorum animalculorum, quae nonnisi in aqua vivunt, mentionem fecerat. Ne autem legens in errorem induceretur, illa loca in desertis viâ carentibus (مجاهل) vallis magnae stuporis esse addidit. Prudentes ab ignorantibus victos stuporis quasi aquâ impletos esse dixit. Ut autem stuporem magnum esse indicaret, cum eo vallem magnam coniunxit.

Pag. 91. lin. 1: Versuum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. b. — lin. 2. العنقاء avis fabulosae, grypis nomen est, cuius corpus haud noscitur conf. p. 109. Proverbiali loquendi modo rem designat, quae auditur; sed haud cernitur. Quae autem quum haud cernatur, nemo eam venari potest. Dicere vult auctor, fortuna adiuvante rem impossibilem perfici. Stella quum optime directa sit cursu, ut in proverbio اهدى من النجم „melius directus quam stella Orion“ dicatur, eam duci haud opus est conf. Ideler: Untersuchung über den Ursprung und die Bedeutung d. Sternnamen p. 213. — lin. 4. Bakil viri stupidissimi

nomen est. In proverbio dicitur: „Maiore cum difficultate loquens quam Bakil“ اعيى من باقل conf. Meid. T. II p. 146, quo in loco stupiditatis exempla prolata invenies. — lin. 6. Metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. b. Voces „ante occasum solis“ قبل الزوال vertendae sunt. — lin. 8. سَتَنْ efferas; littera enim ن ea est, quae a rei metricae peritis وصل appellatur. Homoioteleuti littera ن est. Darstell. d. Arab. Versk. p. 311 et 315 Metrum Thawil est p. 162. — lin. 10. In vocibus ارخاء العنان se cum equo comparavit, cui eques habenas dimittit, ut, quo velit, currere possit, tum vitae commoditatem cum veste longo syrmate instructa contulit. — lin. 14. In iis, quae auctor de viro probo, qui avium sermonem intelligeret et de upupa adnotavit, ea respicit, quae in Corano de Salomone traduntur, conf. Sur. 27, 15 sq. — lin. 17. Upupam coronae possessorem appellavit, quod in capite plumas erectas habet. Vestem ei exteriorem largam e panno serico picto confectam tribuit, ut plumarum, quibus corpus tectum esset, colorem et splendorem designaret. Quam voci قباء significationem in lexico meo dedi, ea ex Djeuharii opere, ut Dozyus putavit, haud sumsi; sed ex Castellii lexico. Hoc indicare neglexi, nam in Djeuharii opere vox citata, tanquam isto tempore omnibus nota, explicata non est. Ebn-Arabschahus quum opus in Aegypto confecisset, vix dubitandum est, quin tale vestimentum, quali tum temporis in Aegypto uterentur, ante oculos habuerit conf. Dictionn. detaillé etc. par Dozy p. 353 sqq. Vox autem ديباج quum materiem, e qua vestimentum illud confectum esset, designet, vox القباء articulum accepit. conf. de Sacy Gram. Ar. T. II p. 137 not. — lin. 26. Versuum metrum Thawil est. conf. Darstell. p. 162. — lin. 29. Verba ان الهدهد etc. Ebn-Ahbbaso tributa sunt apud Meidanium T. I p. 23. — lin. 31. Quae illa Adami cum Mose argumentatio fuerit, nescio.

Pag. 92. lin. 2. Auctor quum morem, quo apud Arabes equis cursu certarent, respiceret, voces ميدان, جرى, ادرك, فحول et سوابق adhibuit. — lin. 4. Versuum metrum Redjes est. conf. Darstell. p. 231. B. — lin. 5. Verba اذا نزل القضاء عمى البصر iis simillima sunt, quae Ebn-Ahbbasus interroganti responderat: اذا جاء القدر غشى البصر Meid. T. I. p. 23. confer p. 97. — lin. 10. Auctor exponit Mohamedanorum sententiam de absoluto Dei decreto; sed voces اللوح المحفوظ e Corani loco Sur. 85, 22. desumtae sunt, ubi diverso modo leguntur et explicantur. — lin. 13. Qui aliâ quam rectâ viâ incedit, e periculo haud liberatur. — lin. 16. De vocibus قد احاط علمك confer p. 94. l. 3. Voce مناط hoc loco locus, ubi quid suspenditur, designatur, ut in amicum significatio translata sit. Lexici mei locum corrigas, in quo incuriâ typographi haec significatio sub voce منوط locum obtinuit. — lin. 22. Versus metrum Basith est. conf. Darstell. p. 190 A. a. — lin. 25. Metrum versus Thawil est conf. Darstell. p. 162. a. — lin. 27. Hoc loco voci عقيق loci, quem torrens disrupit, significatio danda est, ut vox حريقه ad priorem locum وبدا من لهيب قلبه بريقه pertineat, posteriorem voces ومن وادى جفنه عقيقه referantur. — lin. 28. In vocibus فريقه ورفيقه lusus verborum est.

Pag. 93. lin. 1. Vox جانى homoioteleuti causa pro جان est. Voces وبانى الله etc. cohaerent cum vocibus ان اتخلف. „Deus non vult etc. . . . . ut retromaneam etc.“ — lin. 2.

In verbis من همة وشيمة ونهمة وسيمة lusus verborum est, quum litterae eaedem sint. — lin. 2. 3. In phrasibus وفواضل et وشوامل etc. singulae voces homoioteleuto gaudent. — lin. 4. Phrasis consequens, quae verba وانا ان لم ابذل sequitur, omissa est et altera ellipsis post vocem الا cernitur conf. De Sacy Gram. Ar. T. II. p. 463. — lin. 13. Auctor sine dubio verborum lusus causâ in vocibus التلافى et تلافى vocem تلافى loco vocis اتلافى adhibuit. Voces العذاب الاليم innumeris locis in Corano occurrunt. — lin. 19. sqq. In hac linea sequentibusque auctor divervas Achu-Nachschali cogitationes de modo, quo cum leone contra ursum agendum sit, exponit: Locum sic vertendum puto: Quum Achu-Nachschal in eo esset, ut sermonem inciperet, cogitavit, fieri posse, ut ursus voluntati perficiendae adversaretur, ita ut, si ille praemissa refutare insisteret, ipse eius argumenta tanquam falsa refellere haud posset; sin autem ipse taceret, silentium loco comprobationis habendum esset; sin denique verbis consentiret, contra voluntatem suam res esset. Quapropter sermone abstinuit et silentium loco conveniens esse putavit. Sed re diligentius perpensa, dum cogitationis sagittas circumvertebat, ipsi visum est, si consessu finito nil clarius de re protulisset, fieri posse, ut, quod vellet, ipsum fugeret aut inimicus vel invidus negotium invertens praeveniret, praesertim vir qualis Vesirus . . . . . et si hic regem in re alloqueretur, fieri posse, ut hic sermo regis animum occuparet . . . . . Tum rex eum (sermonem) gratum haberet, ut ille (ursus) in campo corrumpendi, quemadmodum vellet, spatiaretur. Quod si hoc esset, non posse non res nodosas et contortas fieri et naturam leonis (generosam) infligi et in fugam agi. Quapropter convenientius duxit in sermone incipiendo festinare . . . . . nam, si quis se opponeret, cognosceretur, sermonis huius substantiam accidens esse et, si quis praetextum proferret, sciretur, causam praetextus morbum esse etc. Auctor vocibus عارض et عرض, tum vocibus اعتل, علة et مرض ludit. Voces مناقضة et معارضة significationes technicas habent, quarum hoc loco ratio habenda est conf. librum تعريفات. Verba السكوت كالرضا proverbialis loquendi modus sunt, de quo confer Meid. T. III. P. 1. p. 230. Verba (lin. 22.) اجال قداح الفكر ad ludum sagittarum spectant, qui apud Arabes veteres in usu erat. De hoc ludo confer quae ad Hamasam adnotavi T. II. P. 1. p. 309. 369. 469. 487. P. 2. p. 87. — lin. 26. Versus iterum p. ٩٩ occurrit. Sagittae autem circumvertebantur, ne fraus in extrahendis sagittis esset.

Pag. 94. lin. 4. De voce المخلصين confer 1. 7. 31. 66. — lin. 6. Versus metrum Redjes est conf. Darstell. p. 231. — lin. 14. De vocibus السكوت رضى confer p. ٩٣ l. 21. — lin. 16. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. Voces غراب البين, de quarum significatione interpretes dissentiunt, hoc in loco sine dubio corvum separationis i. e. corvum, designant, cuius malo omine gentis separatio indicatur. Plura de hoc vide Ham. T. II. P. 1. p. 188. Harir. p. ٣٩٧. De loquendi modo هذا فى عنقى confer librum meum: Selecta ex ex historia Halebi p. 72. adn. — lin. 18. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 31. Voces تعالى وتقدس sine noxa omitti possunt. Quae quum sensui minus aptae sint et homoioteleutorum ordinem turbent, scribae cuidam tribuendae videntur, qui verba العظيم القاهر haud bene intellexisset.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000074

Pag. 95. lin. 2. Post voces وان لم تقع etc. propositio consequens omissa est. Mihi verba supplenda videntur: „pro quonam intercedendum est?“ quae verba sequentibus indicantur; «nam ei, qui bene agit, intercessio necessaria non est.» — lin. 3. De vocibus سنة للجماعة confer. 55. 77. Versuum metrum Wafir est conf. Darstell. p. 203. A. — lin. 7. Proverbium est: من لم تهذبه الاقالة هذبه العثار. «Quem non corrigit condonatio vitii, eum lapsus corrigere debet.“ — lin. 10 Ni fallor, voces قوة الباعث in codicibus sunt. Magis placerent voces قوة باعثة — lin. 14. Verba وبه نطق الكتاب «et id liber pronuntiavit.» Liber Coranum designare potest. Verba: وجزاء etc. vertenda sunt: Et retributio defectus reprehensio est, dum praeterea poenitentiam gignit. — lin. 15. Verba واعظم بعقابها مثوبة «Quam magna est. eius poena tanquam praemium!» formulam admirandi continent, de qua conferas de Sacyi Gram. Ar. T. II. p. 219. — lin. 16. Verba فى سابق القدر ad Mohammedanorum dogma spectant, ex quo omnia hominis facta a Deo antea decreta sunt. — lin. 17. Vox المُخْلِص saepius in Corano occurrit et interdum additur لهُ الدينَ; scribitur quoque cum vocali Passivi. — lin. 24 Post voces ولا سى ما particula ل quoque sequitur. — lin. 25. 26. In verbis اعذب مزينة et ابو جهينة proverbia respicit, quorum p. ٥٣ mentio facta est. — lin. 28. Quum auctor vocibus اشرق بصبح طلعة usus sit, in quibus initium imperii Ahbbasidarum cum ortu solis comparat, et voces صباح et فلاح adhibuerit, vix dubitandum est, quin modum, quo Mohammedani ad preces verbis حى على الفلاح etc. convocantur (conf. Harir. p. ٢٨٩), respexerit. Victo ad fluvium Sab Merwano b. Mohammed, ultimo Omajjadarum chalifa, anno 132 imperium ad Ahbbasidas transiit. Primus chalifa ex Ahbbasidarum gente Abu-l'Ahbbas Alsaffah cognominatus salutatus est, qui magna cum crudelitate omnes e gente Omajah superstites persequebatur. Quapropter Ibrahimus b. Solaiman cladi se subducere studuit. — lin. 32. Oppidum Hira antiqua sedes regum Arabicorum in Iraca ab urbe Cufa pharasangae spatio distabat conf. Abulf. Geogr. p. ٣٩٨. Ahbbasidae loco albi Omajjadarum coloris in signis nigrum adhibebant Abulf. Ann. T. II. p. 663. not. Haec est causa, cur auctor noster سواد اعلام dixerit. conf. Ham. T. II. 17.

Pag. 96. lin. 5. Versuum metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 6. Voce مصحف hoc loco Coranum designat. De voce زنديق confer p. 32. Sic dixit, despectum se esse significaturus. — lin. 19. De vindicta Arabibus propria confer. Hamas. T. II. P. 1. 193. 421. II, 46. 153. Patris caedem haud vindicasse, opprobrium erat. — lin. 26. Vox الاولى hoc loco hunc mundum designat.

Pag. 97. lin. 6. Locus Corani a verbis ولا تستوى usque ad verba حظ عظيم Sur. 41, 34. 35. legitur. — lin. 9. Suffixum in voce حشمتها ad vocem الملك referri non potest; sed ad vocem السلطة referatur, necesse est. — lin. 13. Verba من غير وقوف لعزله على سببه pro من غير وقوف على سبب عزله dicta sunt. Auctor homioteleuti causa verba transposuit. lin. 16. Pro ينتهك. legas ينهتك — lin. 20. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 24. فى داريه «In hoc alteroque mundo». — lin. 28. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 163. Vox اللاى rarius adhibita forma est pro اللاتى quae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000075

Pag. 98. lin. 3. Verba من يشفع usque ad نصيب منها e Corano Sur. 4, 87. desumta sunt. Verba احرزت خصل a sagittario derivata sunt, qui operam dat, ut sagitta scopum feriat. Vox فئة cum verbis sequentibus ومن etc. coniungenda est, ut vertatur: «et ut repellat a nobis agmen (verborum Corani) et qui etc. — lin. 6. Sic locum verto: „In cuius domo generositas habitat, ab eo nil prodibit, quod naturae generosae eius haud convenit; vilis quidem cum studio incumbit; sed ei difficile est et deflexit quum generosas naturas aggreditur, ut ex iis sibi sumat, quod is, qui beneficia distribuit, ei haud distribuit. Tum videbis facies pulchritudinum earum in locis occultis suis velis inobedientiae a conspectu eius se occultare et virgines thalamorum earum pulchras in palatiis suis ipsius oculo distorto figurâ deformis vetulae praeditas videri. Haec autem est causa, cur lingua, si pulchre loqui vult, ipsi haud obediat et cor eius ipsum haud incitet, ut pulchram agendi rationem sequatur.“ Auctor autem verbum باشر adhibuit, quod pulchram agendi rationem cum pulchra puella comparaverit, quacum vilis, cui anus foeda videatur, rem habere haud cupiat. — lin. 7. Vocibus مقسم الارزاق „victum quotidianum distribuens» auctor Deum designat — lin. 12. Verba الناس على دين ملوكهم proverbialis loquendi modus sunt, qui Meid. T. II p. 798. invenitur. — lin. 16. Verba ان الله e Corano desumta; sed paulum mutata sunt conf. Sur 9, 121. 11, 117. 12, 90. etc. فالجم Capistro instructus fuit ursus i. e. respondere haud potuit Vox الساقطة litteram ة significationis augendae causa accepit modo, quo forma علامة ex حلام orta est conf. De Sacy Gram. Ar. T. I. p. 323. — lin. 22. Voces انوار الصباح Auroram designant conf. quae p. ٩٠. l. 28. scripsi. — lin. 25. Proverbialis loquendi modus est: الظفر يعشق الصبر كما يعشق الحديد المغناطيس «Victoria patientiam amat, quemadmodum ferrum magnetem amat.» Porro العسر مقدم اليسر «difficultas rei anterior pars felicitatis est» Meid. T. III. P. 1. p. 311. 334. — lin. 26. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. Sic verto: «Patienter fer id, quod ab eo, cuius pes praecedit, oritur; nam jumentum patientiae, dum lente agit, eum attinget.» — lin. 27. Sic verto: «Postquam (alter) pro pulchra intentione ei gratias egerat, eius indicanti memoriae exposuit dicens. Auctor مشير وعيه dixisse videtur, quod Achu-Nachschalo quae memoria asservaret, indicare poterant, ea, quae alter expositurus erat, recta esse. — lin. 28. De horoscopo (الطالع) confer. p. 11.

Pag. 99. lin. 2. Loco vocis واقاك, quae bona est, legendum puto واتاك cum codicibus E. F., quippe quae vox voci priori اتاك litteris similior sit. — lin. 9. Verbis «Quum calamus scriptorius potentiae divinae albedinem diei in nigredinem mutasset et terram rubram tinctoriam super chartam tractuum coeli omnino duxisset» dicere vult: quum nox appropinquaret et sol occidens tractus coeli rubro colore omnino tinxisset. — lin. 14. Vox جامع in sermone adhibita eum designat, cuius voces paucae; sensus vero magnus est. Verbis جامع مانع (conf. p. 56.) sine dubio dicere vult, Vesirum haud claris verbis locutum esse; sed ita ut et pro et contra esset conf. p. 56. — lin. 19. Voce بديعة significare vult, anatem haud data opera electam esse; sed, ut sors ferebat, arreptam. — lin. 23. De voce التنظير confer. p. 2. 13. 18. 29. — lin. 29. Voci دخل duplex significatio tribui potest, sive cum verbo

ولج coniuncta, ut tanquam verbum enuncietur, sive tanquam nomen cum doli significatione cum nomine مكر cohaereat. — lin. 30. Versus idem p. ٩٣ citatus est. — lin. 31. Voces الدعوى لمن سبق لا لمن صدق proverbialis loquendi modus sunt. — lin. 32. Voci يفضحها sine dubio quarta forma danda est, ut sono voci ينجحها similis sit modo, quo voces يدبّرها et يدمّرها similes sunt. Hanc quoque ob causam quartae formae افضح eadem significatio, quam primae convenit.

Pag. 100. l. 13. seq. Voces علم الفراسة eam scientiam designant, cuius ope ex exterioribus corporis signis, formâ, membris interior animi conditio cognoscitur. Pluribus in libris haec scientia tractata est conf Hadji-Chalifah Nro. 8943. Vox حكم in philosophia enunciatum conclusionis et vox قياس ratiocinationem designat conf. cl. Schmölders Documenta philosophiae Arabum. — lin. 15. sq. Lusus verborum in vocibus اقتله, اختله, افتله, احتله, ابتله, امتله observandus est. — lin. 18. sq. Verba «et sedit in pupilla oculi doli» singularis loquendi modus sunt mihi haud probandus. Dicere vult: Dolum re vera ab urso parari. — lin. 27. Voces بحيث يشرح الحاسر «ut ineat admissarius, qui inire non vult.» — lin. 29. Versus, quorum metrum Redjes est (conf. Darstell. p. 211.) vertendi sunt: Spero de Abu-l'Ahbbaso fore, ut lux, quae accenditur, de eius ore ridente nobis referat (dicens): Lege! risit ob eius verbum laetus nitente vultu erga me se convertens; neque vero lege! austerus fuit». Dubitare licet, quo suffixum in voce قولها referantur. Mihi voces تبسم ضاحكا من قولها sic dictae videntur, quasi ex alio carmine desumtae sint. Quae res si ita se habet, suffixum ad feminam spectat, cuius verba risum moverunt.

Pag. 101. lin. 1. Num verba وقرا كل احد حديث ذلك الموطا „et legisset unus quisque historiam illius loci conculcati“ ad verba quaedam Mohammedis traditione asservata, quum auctor vocibus قرا et حديث usus sit, spectent nescio. — lin. 4. Vox عانى homioteleuti causa pro عان est. — lin. 15. Versuum metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. De littera Alif in voce الخدما confer p. 88 l. 14 et p. 97 l. 20. — lin. 20. Metrum مجتث appellatum est. conf. Darstell. p. 277 sqq. — lin. 23. Vox قتا homoioteleutum constituere potest, quum in duobus locis diversae sint significationes; in priore enim vox obtrectandi, in posteriore medicae herbae significationem habet. Voces تحسبهم جميعا وقلوبهم شتى e Corano Sur. 59, 14 desumtae sunt.

Pag. 102. lin. 2. Versuum metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 6. Verbis ليعلم بحسن التصريف فرزانها «Ut ex pulchritudine modi, quo plena potestate uti permitteretur, reginam eius cognosceret.» Schahi ludum auctor respexit. — lin. 12. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 13. Forma اضطر hoc loco eandem significationem, quam تضرر «noxa adfectus fuit» habet. — lin. 12. Versus metrum Thawil est. conf. Darstell. p. 162. — lin. 14. Verba احذر من الغراب proverbium sunt, quod in Meidanii opere T. I p. 407 legitur, nec non verba اسهر من طالع الكلاب, de quibus confer T. III P. 1. p. 237. Aliud est proverbium a cane claudicante derivatum Meid. T. I p. 36. — lin. 18. Voces اضغاث

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000077

احلام somnia confusa, quae explicari nequeunt, designant; non enim ضغث proprie manipulum herbarum tam viridium quam aridarum ita mixtarum, ut singulae herbae cognosci haud possint, significat. — lin. 20. De modo, quo Mohammedes fures puniverit, nil habeo. Factum eius inter ea sine dubio locum obtinuit, quae traditione nobis asservata sunt. Ahlius furtum punivit digitis abscissis conf. Ham. ٣٤ l. 13. — lin. 22. Si quis damnatus coram chalifa aut rege capite plectebatur, stratum ex corio factum in solo ponere solebant, ne sanguine solum inficeretur conf. Chrestom. meam gram. hist. p. ٩٧ sq. — lin. 23. De loquendi modo: Manum e vita lavare conferas Vitam Timuri T. I p. 612. T. II p. 484 ed Mang. — lin. 25. Res quoque in Gulistani libro narratur conf. Gladwin's Gulistan Cap. I, 1. — lin. 29. Versus metrum Sarih est conf. Darstell. p. 243.

Pag. 103. lin. 3. In voce مرت auctor significationem amari dulci oppositam ante oculos habuit. Dulcedo favi mellis in proverbii consuetudinem venit. conf. Meid T. III P. I p. 114. In logica vox معاكسة significat, argumentum inversum esse, vox autem مناقضة propositionem eorum, e quibus argumentum conficitur, reiectam esse. — lin. 7. Verba وقد اهلك الحرث والنسل e Corano desumta sunt, in quo Sur. 2, 201 ويُهْلِك الحرث والنسل legitur. — lin. 8. Verba وبدل sic verto: Et pro hortis duobus status boni dedit salsuginosam myricam et plantam amaram corruptionis. In hisce verbis Corani locum Sur. 34, 15. وبدّلناهم بجنّتيْهم جنّتيْن ذواتَيْ أُكُل خَمْط وأَثْل imitatus est auctor. — lin. 9. Verba يثلب الاعراض من الامراض. «Vituperat crasso modo casus fortuitos (regis) tanquam morbos.» — lin. 11. Verba فضلا ان تتجلى etc. sic verto: Multum autem abesse debet, ut eius malefacta appareant in vestibus honoris virtutum et ornetur mulier deformis invocationum eius irâ plenarum in vestimentis invocationum pulcherrimarum. — lin. 12. Voci التوقع hoc loco significatio exspectationis boni et favoris regii tribuenda seriori tempori propria est. Alter legendi modus التوقيع minus etiam quadrat. — lin. 17. Verba وصار المتعاديين احسن محبين difficultate laborant, nam si vertimus: «facti sunt duo inimici optimi amici», vox المتعاديين pro المتعاديان est, id quod contra regulas grammatices est. Dubito igitur, num verba sic construenda sint, ut verbum صار cum verbo احسن conjungatur et voces المتعاديين et محبين duo verbi احسن objecta sint ut, vertatur: et factum est, ut duos inimicos effecerit pulchro modo duos amantes. — lin. 23. Regem cum Imamo i. e. eo comparat, qui in ritibus precum publicarum omnibus praeit, ut eum in ritibus sacris imitentur. — lin. 25. Vocibus من جميل التحيات precum initium, voce السلام earum finem indicare vult. Verbis quoque قايم, قاعد, راكع et ساجد ritus in precibus publicis respicere videtur. — lin. 30. Verba المومن etc. Mohammedis sunt sine dubio traditione asservata.

Pag. 104. lin. 1. In verbis واخذ حده حده «et attigit ira erga eum terminum suum" lusus verborum est. — lin. 4. Vox قاجمر obscura est; nullibi eam inveni. Verbum قحمر, semet temere in negotium coniicere, significat. Quae significatio sensui et contextui sermonis contraria non est, ut, si vox قاجمر legendi modus rectus sit, fieri potuerit, ut auctor

perfecti homoioteleuti causa vocem قحم in vocem قجم mutaverit. — lin. 7. In verbis وتغرقت رواد etc. morem respicit, ex quo Arabes virum mitterent, qui locum pabulo abundantem quaereret. Talis vir رايد appellabatur conf. Meid T. I p. 55. — lin. 11. Verba وفى جبره جبر quae lusus causa auctor coniunxit, vertenda sunt: in cuius intellectu radix (fundamentum) est. — lin. 20. Post voces ان لم يعرفوا etc. propositio consequens supplenda est. In verbis ولم يثبتوا فى ديوان احسانهم قدم قدمهم. «Et non inscripserunt in codice bonae actionis eorum meritum pedis eorum «aut et» non stabiliverunt in concilio bonae actionis eorum pedem meriti eorum» auctor vocibus ديوان يثبتوا et قدم قدمهم lusit, ita ut tribus vocibus duplex significatio tribui possit. — lin 21. Verba تحيى العظم الرميم e Corani loco Sur. 36, 78. ubi legitur: من يحيى العظام وهى رميم derivata sunt. — lin. 22. In vocibus وغداء etc. «Et cibi animarum nostrarum sunt nubes matutinae clementiae eius et nubes vespertinae indolum eius.» auctor vocibus غداء et غوادى tum vocibus ارواح et روايح ludit. — lin. 24. Vox اذا hoc loco cum futuro apocopato propositionis consequentis constructa est conf. De Sacy Gram. Ar. T. II p. 37 ed. alt. — lin. 25. Verba وهذا التقرير etc. sic verto: «Et haec expositio similis est ei, quod si quis thronum conficere curat, in eo sedere intendit; sed ad eum conficiendum animae non incitantur, nisi quod in eo sedentes gradum altum dignitatis consecuturos se esse sciunt i. e. initio rei, quam suscipit, finis rationem habere debet. — lin. 27. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 29. Urbs Balch in media provincia Chorasan est conf. Abulf. Geogr. p. ٣٩١. De voce تنظير confer indicem. — lin. 32. Vox بلاعدام est pro بالاعدام, quod in alio codice legitur.

Pag. 105. lin. 1. Verbis فكادت تقد السلاسل «et parum abfuit, quin catenae discinderentur» rem ad extremum perductam esse, significare vult. — lin. 8. Versuum metrum Thawil est. — lin. 13. Versus metrum Redjes est. conf. Darstell. p. 232 D. Prior versus sic vertendus est: Existentiae circulus ante nos factus est. Neque per me angustus est neque a tempore tuo amplus fuit i. e. Res mutantur, dum quasi circulum faciunt, quem neque unus angustum neque alter amplum reddere potest. — lin. 17. «Quasi mortui essent dolore amoris et eos resuscitasset resurrectio mutui occursus», nam vox التلاق homoioteleuti causa pro التلاقى est. — lin. 19. Metrum versus Basith est conf. Darstell. p. 190. Statum amantium cum littera ل, quae cum littera ا conjuncta sic لا aut لا scribitur, auctor comparavit. — lin. 22. Metrum versus, qui in auctoris libro: Vita Timuri T. II p. 736. occurrit, Basith est conf. Darstell. p. 190. Ahbd-Allahi b. Almohtass est. والليل قواد «nox leno est», i. e. qui amantes conjungit. Sic in proverbio recentiore dicitur: الليل اخفى والنهار افضح «nox multum abscondit et dies multum prodit.» Meid. T. III P. 1. p. 488. — lin. 28. Auctor verbis جارة دارة ودارة جاره transpositis ludit.

Pag. 106. lin. 2. Verba لا ادرى etc. proverbialis loquendi modus sunt, quo significant, neminem scire, quo quis abierit; locustarum enim locum, quum avolaverint, nemo scit. conf. Meid. T. II p. 509. Voces ولا اثرا عينا e proverbio desumtae sunt, de quo confer. p. 22.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000079

l. 5. — lin. 5. Verba ابطال نكاحها etc. ad modum spectant, quo absente (aut mortuo) marito matrimonium solvitur. Qui modus sit, ex libris de matrimonio cognosci potest; sed prae manu non sunt. Marito mortuo aut absente si mulier novum conjugium inire cupit, tempus exspectandum est, ne gravida alteri nubat. Si mulier repudio dimissa est, trium mensium spatium sin maritus mortuus est, quatuor mensium et decem dierum conf. Harir. p. ١٩٩ schol. Hoc autem tempus عدة appellatur. Verbis طلبت نصيبها «postulavit portionem suam» sine dubio significare vult, uxorem suam ipsi debitam partem matrimonio soluto postulasse. — lin. 12. In verbis: وانتقال حل عقدته من اللسان والبنان الى الاسنان auctor proverbium animo habet, quod. p. 62. l. 7. citatum fuit. — lin. 15. sq. Auctor verbis دروس فقه الخلة الكافية etc. „ad legendam iurisprudentiam amicitiae sincerae sufficientis etc.» fortasse titulum libri respicit, quem vero in opere Hadji-Chalifae frustra quaesivi. — lin. 19. Verba proverbii كما تدين تدان in Meidanii opere T. II p. 354. leguntur. — lin. 21. Versus, cuius metrum Sarih est conf. Darstell. p. 243., e Haririi opere citatus legitur p. ٣٨. — lin. 23 Versus, qui iterum p. ١٩٩ occurrit, metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 24. Verba جنود الارواح etc. Mohammedis sunt, traditione asservata. Sic verto: Et ego hunc sermonem non habeo nisi ob verba optimi gentium (Mohammedis) . . . . . Animi exercitus sunt collecti. Pars autem eorum, quae se invicem noscit, familiaritatem colit; quae autem se invicem haud noscit, dissentit. Unum, se invicem nosse, utriusque partis est et alterum, se invicem haud nosse, eodem modo se habet. Ne igitur te ipsum in errorem conjicias neque erga sentiendi facultatem tuam obstinate agas in eo, quod dicis, te ab eo amari, quem fugis etc. — lin. 29. Metrum versus Basith est conf. Darstell. p. 190. — lin. 30. Vox اسا homoioteleuti causa pro اساء est. — lin. 32. In voce حرك duplicem significationem animo habuisse videtur auctor, unam m o v e n d i, ut vocis سكنت significationi opposita suffixo careat; alteram c a l e f a c i e n d i, ut littera ك suffixum sit, quae significatione vocis اوامه (ardore) cohaeret. (De voce مكابرة confer ea, quae in lexico meo e libro تعريفات adnotavi et p. ٢٢٣ l. 4.)

Pag. 107. lin. 1. Versuum metrum, qui in libro: Vita Timuri T. II p. 714. quoque leguntur, Thawil est confer Darstell. p. 162. — lin. 5. Auctor ludit verbis غيلة غولك «inopinata invasio daemonis tui.» — lin. 6. 7. Verbis المقامات «consessus» et متقدمات «praefationes» ad Haririi aliorumve consessus auctor respicit. — lin. 9. Versus metrum Motakarib est conf. Darstell. p. 280. Verbis السيف مراة وجه الذوات «Gladius speculum faciei substantiarum est» talis sensus tribuendus videtur, ut, qualis vir sit, ex gladio, quem secum habeat, cognosci possit. — lin. 11. Verba واذقنا etc. duplici modo verti possunt, aut «Et ex favo mellis consilii tui id nobis gustandum da, quod ex alveari collectum est" aut. «Et ex favo mellis consilii tui celeberrimi nobis gustandum da»; nam vox المشار derivari potest a verbo شار «ex alveari mel collegit», ut participium passivum quartae formae sit cum eadem quam prima significatione aut a verbo اشار «indicium fecit», ut sit pro المشار اليه — lin. 14. Verba واسلك مع الناس مسلك الناس, quae cum voce اساس conjungenda sunt, effatum viri cuiusdam esse videntur. — lin. 15. Vocibus الى اليمين باليمين «ad jusjurandum cum

dexterâ» auctor ludit. Voces الكرام الكاتبين ex Corano Sur. 82, 11. desumtae sunt, quibus angeli hominum facta in librum inscribentes designantur Die extremi judicii testimonia contra peccatores proferunt Sur. 11, 21. conf. Reland: De religione Moham. p. 14. d'Ohsson tableau generale de l'empire Ottom. T. I p. 260. — lin. 17. Voces ويطوى حديث الشحناء „et complicaret traditionem inimicitiae" fortasse ad traditionem, in qua de inimicitia agitur, spectant. — lin. 19. Loco vocis هايم in codice A. هايما legitur, id quod praeferendum puto. — lin. 25. Vocibus التلافى et التصافى, tum الكلام et الكلوم ludit. — lin. 26 sqq. Sic verto: Tum, quando proveniet ex animo nobili (regis) conniventia et feret in hortis veniae ei, qui decerpit fructus servitiorum (servitia praestat), fructus benevolentiae, denuo incipiet forum promercale amoris pacta mercaturae et exponet mercator amicitiae ei, qui emere vult reverentiam (rem petitam), in locis, ubi ea cupitur, merces suas". — lin. 30. Versus metrum Camil est conf. Darstell. p. 214. C. a.

Pag. 108. lin. 3 sq. Auctor pluribus vocibus ludit. — lin. 8. Vox إنْ superflua est. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. — lin. 11. Vox خصيص cum plurali أَخصّاء in lexicis desideratur; sed saepe in hocce libro occurrit. — lin. 15. De vocibus قبل الجدالة confer p. 7. 17. 147. — lin. 16. فرسم بالتشريف والخلع «Et mandato regio scripto vestem honoris causa datam et plura vestimenta honorifica accepit.» Antiquo tempore vestes honoris causa a principe datae خلع appellabantur, postea nomen تشريف ortum est. Quale tale vestimentum fuerit, ex loco Abulfedae T. V. p. 80. discendum est. — lin. 18. Versum, cuius metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. sic vertendum puto: Pluviâ matutinâ mentionis eius, qui musco odorato laudis, cuius pluviae vespertinae tempus vivificabant, imbuta erat.» Hoc in versu voces غادية et روايح oppositae sunt et voci تمسك, quae cum voce طيب conjuncta sit, significationem „musco imbutam esse" tribuendam puto. — lin. 24. Verba singula in phrasibus مكان مبين لا يقابله et مقام معين لا يزايله homoioteleuto gaudent. — lin. 25. حكاية عن متصرفى مُلك الديموم «dum loquentes inducit eos, qui libero arbitrio utuntur in dominio ampli deserti.» Vox حكاية significat usu grammaticorum, verba وما منا الا له مقام معلوم, quae e Corano Sur. 37, 164. desumta sunt, ab ipsis angelis prolata esse. Auctor verbis متصرفى ملك الديموم angelos voluisse, et voce الديموم «ampli deserti» mundum designare videtur, quippe verba Corani citata significare possunt, quemlibet ex angelorum numero locum suum tenere in perficiendis Dei mandatis, quibus mundus regitur. — lin. 26. Verba والانسان مدنى طبعا iterum p. 111 l. 15. occurrunt et ex philosophia desumta sunt. — lin. 27. Verba ويلاحظ فى صف جماعته امامه «observet in serie coetus sui Imamum suum» ad morem spectant, quo in precibus publicis die Veneris Mohammedani (جماعة) eum, cui praeit in precibus faciendis imitantur» — lin. 28 sqq. Sic vertas: «Tum si loqui vult praesente Imamo vel uno ex nobilibus aut ex populo, primum sermonem specillo vulnerario cogitationis prudentiaeque explorabit et ope moduli cogitationis intelligentiaeque considerabit, tum eum in catinum aurifabri perspicuitatis effundet, eum in formam elegantiae immittet et instrumentis pulchrae effusionis formabit;

denique gemmis, quales locus desiderat, ornabit. Sermo si tali modo constitutus est et super figura typi monetarii eius picturae eloquentiae sunt et urinator cogitationis e mari sensuum et expositionis uniones cogitationum tales, quales conchae aurium nondum conceperant et margaritas nondum perforatas virginum, quae ab admissariis ingeniorum nondum vitiatae erant, eduxit; iis ornantur ex puellis nigris oculis praeditis hortorum animi, domi custoditis tentoriorum temporum puellae bonae indolis, quibuscum ante eos neque homo neque daemon coivit et hanc ob causam pulchritudine eius corda animique rapiuntur et adspectu eius opes corporaque in potestatem rediguntur. «Hisce autem in verbis varii, quos adhibuit auctor, comparandi modi a legentibus negligendi non sunt. In linea autem 29 re diligentius perpensa codicis A. legendi modus يسبر كلامه اولا بمسبار praeferendus est, quippe hoc admisso verbum يسبر idem subjectum habeat, quam verbum يعتبره. — lin. 30. Silentio praetereundum non est, voces المعانى البيان et الفصاحة البلاغة ab auctore adhibitae usum technicum in arte rhetorica habere, qui antea explicatus est.

Pag. 109. lin. 6. فغفور الختن. Quum vox فغفور titulus imperatoribus Chinae proprius sit, vox الختن Chinae partem hoc loco designet, necesse est. Geographis nomen urbis est in extrema Turkestana sitae conf. p. ۴۸. In linea 2 auctor struthiocamelos in Chinam transportatos esse narrat. — lin. 7. In vocibus ذكر المخبرون واخبر المذكرون lusus est, dum auctor in posteriore parte vocem, quae in priore prior erat, postposuit. — lin. 12. Vox جناب domini conditionem, dignitatem indicat. — lin. 16. Pro verbis ان يقول له legendum puto ان قيل له et sic legi, ex uno codice adnotavi. In proverbio dicitur: هو كالنعامة لا يحمل ولا يطير „Is struthiocamelo similis est neque portans neque volans. — lin. 20. Eadem de struthiocamelo Kaswinius in Kosmographia T. I P. 2. p. ۴۲۰ retulit. — lin. 23. De vocibus المعقول والمنقول confer p. 18. 23. 150, etc. — lin. 26. De proverbiali loquendi modo confer l. 16. — lin. 27. De proverbio طارت conferas Meid. T. II p. 25. Hoc autem proverbio usi sunt significaturi, struthiocamelum re vera haud exsistere, ut, quae de eo retulerit, fabulosa sint, nam avis gryps haud existere putant. Avis fabulosa gryps in libro Tochfat-Ichwan p. ۳۳۹ sq. describitur conf. Kaswini Kosmogr. T. I P. 2. p. ۴۱۹. — lin. 28. Verba فوقع من اعينهم significant, eum despectum factum esse iis, ut eius nullam amplius rationem haberent neque eum adspicerent.

Pag. 110. lin. 2. Voce الخطا hoc loco Chinam significari, nemo non videt. — lin. 5. Voces انه يخلق etc. e Corano Sur. 28, 68. desumtae sunt, ubi legitur. وربّك يخلق ما يشاء ويختار — lin. 10. Verba عذاب مهين multis locis ex. gr. Sur. 2, 84. in Corano occurrunt. — lin. 23. Vox الجميلة, quae alibi pulchram agendi rationem denotat, hoc loco pulchras gratias agendas designet, necesse est. — lin. 27. Vox اخلال, quippe quae cum voce التقصير conjuncta sit, hoc loco inopiae, defectus significationem habet. — lin. 28. Versuum metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. — lin. 31. وقص طايره „Et resecta fuit eius avis“ ut volare haud posset.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000082

Pag. 111. lin. 3. Vox ادرارة seriore aetate sine dubio e Persico derivata est conf. lex. m. — lin. 6. Versuum metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. — lin. 8. Palma, ad quam Maria tempore, quo paritura erat, confugeret, arida erat et foliis carebat conf. Coran. Sur. 19, 23. — lin. 15. Auctor vocem سهم cum verbo لاحظ coniunxit, quod intuitus oculi cum sagittis comparantur. — lin. 22. Voces طالع, هابط et اوج sine dubio ex astrologia desumtae sunt. Singulari et vix probando modo auctor legatum divinum cum sua fortuna coniunxit et religionis eius mentionem fecit. ناس الايناس „homines familiaritatis“, i. e. homines, qui familiariter cum eo vivunt, ei obedientiam praestant. — lin. 30. Versuum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a. Poeta vocem ثولاء adhibuit, quod ovis aut capra tali morbo debilis fugere non potest.

Pag. 112. lin. 3. Versus metrum Basith est conf. Darstell p. 190 A. b. — lin. 7. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 21. Voces ابو مذعور sine dubio cognomen serpentis sunt. — tin. 27. In maiore parte codicum ابو خديج; sed in Kamusi opere ابو حُدَيْج ciconiae cognomen est.

Pag. 113. lin. 2. Verba كما تدين تدان „Ut pensas sic tibi pensabitur“ in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. II p. 354. Salomo rex hominum daemonumque appellatus est, quod daemones ei obsequium praestarent, nec non dominus avium et animalium, quod ipse animalium loquelam intelligeret et ad servitia ipsi praestanda ea cogeret conf. Sur. 21. 81 sqq. Num verba اخر هذا الباب etc. auctoris sint, dubitare licet.

Pag. 114. Hircus, quum ex Oriente originem duxerit, مشرق; canis autem, quum eius dominus nomen ازرق haberet, ازرق appellatus est. — lin. 1. Sic vertas: Cuius virtutes extensae in terra praestantiae firmi montes sunt et in impleto mari excellentiae benemerita eius portus. In priore voce رواسٍ Nunnatio homoioteleuto inservit; altera autem vox pro مراسن est, quemadmodum in aliis codicibus scriptum invenitur. — lin. 10. زبنى القيامة „satelles, diei resurrectionis“ i. e. is, qui Deo iubente peccatores in ignem infernum protrahit conf. Coran. Sur. 96, 18. Cum hoc lanium auctor comparat, quem describit. Caeruleos ei oculos tribuit, quippe quibus Graeci Arabum hostes talibus praediti describantur. Dat ei quoque pileum longum طرطور appellatum foetidum. De pileo طرطور appellato confer librum: Dictionnaire detaillé des noms des vetements chez les Arabes p. 266 sqq. Occurrit vox in vita Timuri T. II p. 906. — lin. 11. Vox ساعى homoioteleuti causa pro ساع est. — lin. 15. Voces يوم عصيب e Corano desumtae sunt Sur. 11, 79. Verba مقيم على البواكى ad morem spectant, ex quo ad funus mulieres plangentes stabant conf. Hamas. T. II P. 1 p. 429 sq. P. 2, 17. E loco autem nostro cognoscimus, lanios quoque tali pileo usos esse. — lin. 20. Comparatione nonnisi largum sanguinis fluxum indicare vult. — lin. 24. De vocum فى حق السباب sensu dubito, quippe quae ad sequentis versus sensum referendae sint. Vocem a verbo سب „maledixit“ derivo, ut السباب maledicentem designet. Vocem tanquam nomen proprium adhibitam haud inveni. Quis autem ille maledicens fuerit, dicere non possum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000083

Pag. 115. lin. 1. In versu vox محمرة corrigenda non est. — lin. 15. Voce نججة „ovis“ uxorem vult. — lin. 16. Voci قعدت hoc loco eadem significatio est, quam voci صارت. Vocem نقوش autem adhibuit auctor ludens voce الردا, quae interitum designat; nam vox الرداء pallium est. — lin. 21. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 24. In verbis: „intereadum desertum expandit et complicuit“ campum cum panno auctor comparavit, quem ultro citroque currens expandit et complicat. — lin. 26. Verba المفضل على كثير ممن لبس الثياب «Qui multis ex eorum numero, qui vestibus utuntur, hominibus praeferendus est. — lin. 28. Verba كل غريب للغريب نسيب in proverbii consuetudinem venerunt Meid. T. II p. 391. — lin. 29. Verba طريقة اخوان الصفا antea explicata sunt — lin. 30. Canis carnivoris animalibus accensetur; hircus autem iis, qui graminibus nutriuntur. — lin. 31. Vox ساعى pro ساع est homoioteleuti causa.

Pag. 116. lin. 3. دشت قفجاق regionis planae nomen est, quae supra mare Caspium extenditur. — lin. 4. راعى est pro راع homoioteleuti causa. — lin. 6. In nomine يسار „commoditas, opulentia“ bonum omen videt. Sic in nomine stellae الدبران malum omen, in nomine stellae سعد السعود bonum vident conf. Kaswini T. I p. ٣٩. ٥٠. De ominibus conf. Hamas. T. II P. 2. p. 277. 415. Verba الالقاب تنزل من السماء proverbialis loquendi modus sunt, de quo confer Meid. T. II p. 577. — lin. 11. Ebn-Ahbbas est patruelis Mohammedis conf. Harir. ٥٩ et ٧٣ l. 3. Plura eius effata a me edita sunt Meid. T. III P. 1 p. 645. — lin. 13. Canis ab Arabibus impurum animal putatur. Haec est causa, cur auctor وسنك كالشفرة منكا dixerit. Harets b. Zahzaah nomen quarti regis Ghassanidarum est conf. Pocock. specimen p. 77. Ab anno 303—330 p. Chr. regnasse putatur conf. Essai sur l'histoire des Arabes etc. T. II p. 214. — lin. 14. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 163 c. — lin. 16. Ahmed b. Harb e gente Omajjah frater Abu-Sofjani esse videtur tempore Mohammedis vivens. Quis autem ille ذو العتاب fuerit, qui compotor canum dicitur, nescio, nam frustra quaesivi. — lin. 28 sq. Auctor Mohammedanorum leges respicit, quas in purgandis vasis, quae canis iis impurum animal lambit, observant. In Relandi libro de religione Mohammedica p. 165 ex libro Arabico legimus: Omne vivens purum est excepto cane et porco et eo, quod ab iis provenit. Vas autem, ex quo potum sorbendo hauserunt canis aut porcus arenâ purâ septies purgabis et a reliquis sordibus semel id purgabis conf. p. ١٣٦. — lin. 30. Voces رب العرش e Corano desumtae sunt conf. Sur. 9. 130.

Pag. 117. lin. 3. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 9. Verba لحب etc. Mohammedis traditione nobis conservata sunt. — lin. 11. Verba: „Ego, o pure! sum impurus substantiâ“, ad Mohammedanorum sententiam, canem impurum animal esse spectant conf. 135. — lin. 15. Hemistichium metri Basith est conf. Darstell. p. 190 A. b. — lin. 19. Verba المرء etc. proverbiis recentibus accensenda puto, quapropter eis inter proverbia recentia locum dedi. Versus non est conf. Meid. T. III P. 1. p, 492. — lin. 21. Auctor haud bene dixit „vexillum mandatorum tuorum.“ — lin. 22. Auctor تحت رايتك dixit, quod

vexillum Arabibus imperii signum erat, quod elatum in exercitu portabatur conf. Hamas. T. II P. 1 p. 563 P. 2. 552.

P. 118. l. 9. Verbum تحاشى timendi, cavendi significationem habere videtur. — lin. 11. »Desperatio una duarum tranquillitatum est.« Haec verba verbis, quae Ahlio tribuuntur, الراحة مع اليأس »tranquillitas cum desperatione est« simillima sunt conf. cel. Fleischeri Alis hundert Sprüche p. 33 confer quoque p. 65 Nro. 9. Una enim tranquillitas in eo est, quod quis rem possidet; altera, quod quis rem haud cupit, quam se obtinere haud posse putet. — lin. 14. Auctor proverbium يركب الصعب من لا ذلول له »Vehitur camelo indomito is, cui domitus non est« respicit conf. Meid. 28, 53. — lin. 16. Versus citatus in Hamasae opere p. ٣٣ legitur. Metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 23. De hac ave longis pedibus longoque rostro praedita pauca habet Kaswini in Kosmogr. T. I P. 2. p. ۴۴۴ — lin. 26. Versus sic verto. Similis fuit (narravit) salix Aegyptiaca eius staturae rami teneri, dum se inclinabat; tum is (ramus) floribus obtectus erat et in hoc, quod floribus tectus erat, diversitas erat; et hunc (ramum) fluvius concatenatus circumdedit et eum constrinxit, siquidem crimen commiserat et floribus obtectus erat. Metrum est Thawil conf. Darstell. p. 162. Poetae saepissime staturam hominis cum ramis salicis Aegyptiacae compararunt. conf. Les oiseaux et les fleurs par M. Garcin p. 22. 142 sqq. — lin. 28. Voces سابحات السماك obscurae sunt. Quum homoioteleuti regulae haud permittant, ut eidem voci in homoioteleuto eadem significatio sit, aliam quam piscium significationem vox posterior السماك habeat, necesse est. Vox autem السماك spicae sidus designat. Duo autem sunt sidera, السماك appellata, quorum unum الاعزل »inerme«, alterum الرامح cognomen habet. Illud spicam, hoc arcturum designat. Illud decima quarta lunae statio est conf. Ideler Untersuchungen über die Sternnamen p. 172. 188. Huic igitur significationi vocis سابحات significatio congruere debet. Natantium significatio ab auctore adhibita videtur, ut eâ piscibus congruâ ludat. Sed sideri haec significatio minus congrua est, nisi sidera in coelo quasi natantia cogitentur. Tum vox in equos veloces cursu natantes translata est. Vox السابحات in Corani quoque loco Sur. 79, 3. occurrit. Beidhawius voce angelos mortis aut stellas significari auctor est; sed Kamusi auctor, aut naves aut fidelium animas aut sidera significari, putat. Locum Corani auctor noster respicere videtur. — lin. 31. Voces عالم الملك والملكوت »mundus rerum, quae sensibus percipi possunt et mundus invisibilis«, terram et aerem, in quo spiritus habitare putantur, designant. — lin. 32. Voces اعلا السماك et اسفل الحوت oppositae sunt, ut summum et imum designentur, dum auctor piscium significatione, quae duabus vocibus propria est, ludit. Voce autem السماك hoc loco sidus et voce الحوت piscis, qui Ionam deglutiverat, designantur. Ionas hanc ob causam صاحب الحوت cognominatus fuit. Silentio praetereundum non est, pisces maiores, qui voce الحوت designantur, in fundo aquae natare solere conf. Sur. 37, 139 sqq.

Pag. 119. lin. 1. Vox رقراق hoc in loco vocis رقارق tenuis et haud profundae aquae significationem habet, quippe in haud profunda aqua pisces parvi inveniuntur. — lin. 5. In

vocibus وعوايد عليك عوايد »et commoda ad te redeuntia» lusus verborum est. — lin. 9. Hemistichium metri Thawil est conf. Darstell. p. 162 b. — lin. 15. Dixit ما فتح قاه بالهمزة, quod vocis اعيدى prima littera Hamsa est. Vox المطاع hoc loco homoioteleuti causa pro المطاعة »ea, cui obsequium tributum erat« esse videtur. — lin. 17. Verba اول الفكر etc. proverbialiter loquendi modum redolent, quapropter ea inter proverbia recentia recepi Meid. T. III P. 1. p. 26. — lin 21. Verba فلا يظهر etc. e Corano sunt Sur. 72, 26. — lin. 22. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162 a. — lin. 25. Voces . . . . . والذين جاهدوا سبلنا e Corano Sur. 29, 69 sunt, nisi quod in Corano لنهدينهم legitur. Voces فامشوا فى مناكبها وكلوا من رزقه e Corano Sur. 67, 15 sunt. Voce مناكب latera (terrae) aut montes significari, Beidhawius scripsit. — lin. 27. Metrum versuum Wafir est conf. Darstell. p. 204 A. — lin. 30. Verba Mohammedis علو الهمة من الايمان traditione nobis conservata sunt.

Pag. 120. lin. 1. Melius cum uno codice انقاد legendum videtur, ut cum hoc verbo consequens pars incipiat. — lin. 3. Ad hunc versum in uno codice vocem مصنف adscriptum invenimus i. e. eum ab auctore compositum esse. Metrum Camil est conf. Darstell p. 212 A. b. — lin. 5. Princeps Ihmad-Aldaula cognominatus auctor dynastiae Bujidarum exstitit, cuius initia in Abulfedae Annal. T. II p. 372 sqq. descripta sunt anno Hedjrae 321. — lin. 8. Iracae ambae. Una est provincia Irac appellata, de qua confer Abulf. Geogr. p. ٣٩١; altera autem provincia بلاد الجبل vulgo عراق العجم appellata, de qua confer ib. p. ٣٠٨ Alahwas autem est provincia regionis Chusestan ib. p. ٣١٩. Urbe Schiras anno 322 potitus est. — lin. 9. Nomen viri erat Ahli Abu-l'Hasan; Ihmad-Aldaula cognomen est honoris causa a Chalifa datum. Res Ihmad-Aldaulae narratae in Mirchondi opere a Fr. Wilkeno edito (Mirchond's Geschichte der Sultane aus dem Geschlechte Bujah Berlin 1835) p. 16 sq. et in Ebn-Challikani opere Nro. 491 leguntur. — lin. 11. Vox الروامك milites, qui in stativis erant, significare videtur. — lin. 18. Si وحل legeretur, ut voce وفدت pars sonsequens inciperet, magis mihi placeret. Vocibus وصعد „et adscendit ad veram regni conditionem a metaphorica eius conditione“ dicere vult, eum urbe Schiras nondum occupata revera regem haud fuisse. — lin. 11. Vox راتبة serioris aetatis usu stipendium designat. — lin. 15. Auctor ludit vocibus قصرت, طول الطول et ايادیه, quippe significatio brevitatis significationi longitudinis opposita sit, simulque vox ايادیه tam manus quam opes et vox طول funem longiorem, qui pedi alligatur, designet. — lin. 16. In vocibus لا بيع فيه ولا خلال, quae proverbialiter loquendi modum redolent, quae sit vocis خلال significatio, dubio haud caret. Inter plures, quas habet vox significationes, ea eligenda est, quae voci بيع magis congruens videtur. — lin. 22. الحية الجبية »serpens colligens« auctor dixit, quod serpens thesauros collegisse videretur. Est quoque vulgaris opinio, thesauros a serpentibus draconibusque custodiri. — lin. 24. Verba »Firmi erant eius paxilli« significant, eius tentorium firmiter stare, quippe ad paxillos in solum infixos funes tentorii adligarentur. Similis comparandi modus invenitur apud Jesaiam C. 22, 23. — lin. 28. Verba ليقلده هذه المنطقة »ut eum hoc cingulo ornaret

significant „ut eum huic muneri praeficeret“. — lin. 29. Auctor haud bene dixisse videtur: Seges auditus eius a locustis surditatis depasta erat“, siquidem locusta cum surditate et seges cum auditu haud bene conjunctae sint. — lin. 30. Vox Turcica جاوش significationem famuli aulici habet conf. p. ٢٤ l. 21, qui auctore Meninskio ad mandata referenda adhiberi solet. Hoc loco auctor sine dubio indicare vult, talem virum alta voce loquentem opus esse, ut sartor sermonem bene audiat. Auctor haud bene dixit: sed rex sermonis haud perveniebat ad thronum meatus auris eius etc.; nam quomodo rex cum sermone et thronus cum meatu auris apte conjungi possit, non video. — lin. 32. Vocibus مثل المصارعين morem respicere videtur, quo luctatores ad luctam jurantes procedunt.

Pag. 121. lin. 3. In verbis ودخل الى بيوت ما فيها من ابوابها verba Corani Sur. 2, 185. respicit. Vox الغال homoioteleuti causa pro الغالى est. — lin. 9. Vocem رشقا auctor sine. dubio homoioteleuti causa adhibuit, nam significatio j a c i e n d i alteri mundo minus quadrare videtur. Alterum mundum jacere nil aliud esse potest hoc loco, nisi eum contemnere. — lin. 22 Vox الاصول hoc loco pecora designat, quae quasi stirps gregis sunt. Vox ساعى homoioteleuti causa pro ساع est. — lin. 30. Verba: Qui pauco contentus non est, ex magno voluptatem haud percipiet», proverbialem loquendi modum redolent conf. Meid. T. II p. 693 — lin. 32. Versus tres, qui auctoris sunt, in libro: Vita Timuri T. II p. 440 occurrunt. Metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162.

Pag. 122. lin. 5. In verbis جارى etc. cursum equorum in certamine auctor respicit. — lin. 6. Adducto fraeno attraho refractarium (equum) extremitatis eius (i. e. qui extremum transire vult et refractarium se ostendit) et cohibeo eius sublatum oculum (ne ulterius prospiciat). — lin. 7. Verbo رق hoc in versu t e n u e m r e d d e n d i significationem habeat necesse est. Metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. A. — lin. 9. Omnes voces, quae modo vocis الخادمية et المخدومية derivatae sunt, seriore tempore ortae sunt. — lin. 10 sq. In vocibus واصحابى احبابى etc. lusus verborum est verbis transpositis. — lin. 19. Legendum videtur فتهوى بى. — lin. 20. Versus auctori libri tribuitur. Imitatus videtur versum Ferasdaki, qui legitur in Meidanii opere T. II p. 905. Iesar-Alcawäihb cognomen servi nigri erat, cui membrum virile nec non aures nasusque resecta erant, ut in proverbii consuetudinem veniret Meid. T. II p. 905. — lin. 23. Auctor ludit voce يسار. Verba ما يفتح etc. e Corano Sur. 35, 2. sunt. Verba autem اللهم لا مانع etc. Mohammedis sunt traditione nobis conservata. — lin. 25. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. A. De littera Alif in voce تضاما p. 88 l. 14 dictum est. — lin. 26. De vocibus المعقول والمنقول confer 18. 109. — lin. 29. Ahmru b. Laits fratri Iakobo in imperio Chorasanae aliarumque regionum anno 265 successit Abulf. Ann. T. II p. 252 sq. Ebn-Challik. Nro. 838. — lin. 32. Verba فسترى فى وجهك مجالس قيامى „Et tu videbis in conspectu tuo consessus, in quibus ego sto“ significare videntur, se operam daturum esse, ut, quae ipse promiserit, ad finem ducantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000087

Pag. 123. lin. 5. In vocibus فان لخقود وقود et sequentibus auctor multum ludit. — lin. 8. Voces ارباب الرايات والبنود «domini vexillorum» duces designant. Voces الراية et البند, quarum prior Arabicae, posterior Persicae originis est, inter se differre videntur, dum vox البند majus vexillum designat, quo duces superiores utebantur. — lin. 15. In propositionum واصوب غوصك etc. et اغرب بوصك singulis verbis homoioteleutum est. — lin. 18. Post voces والخادم اذا etc. propositio consequens omissa est. — lin. 22. Vox لاش pro لا شيء est. — lin 27. Versus verba inter proverbia recentiora locum obtinuere conf. Meid. T. III P. 1. p. 70. Metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. A.

Pag. 124. lin. 5. Metrum versuum Motakarib est conf. Darstell. p. 281. A. c; sed loco signi Djesm sub vocibus القبيح vocalem Kesra ponas. — lin. 14. Auctor in voce قصة fortasse animo habuit duplicem enunciandi modum aut قصة historiam aut قصّه eum secare. — lin. 16. Abu-l'Ahbbasi Ahbd-Allahi b. Almohtass b. Almotawaccel vita in Ebn-Challicani opere Nro. 348. descripta est. Natus anno 246 aut 247 occisus est anno 296. Abu-l'Hasan Ahli b. Mohammed b. Musa b. Alhasan b. Alferat Vesirus Almoktaderi-billah natus anno 241 occisus est anno 312 conf. Ebn-Challikani opus Nr. 498. — lin. 18. In voce حال duplex sensus est,, nam aut cum verbo تغير tanquam verbum mutatus fuit conjungi potest aut cum nomine امر tanquam nomen status. — lin. 19. De vocibus عمرو وزيد confer. 9. 34. 59. — lin. 20. In versu, cuius metrum Camil est conf. Darstell. p. 215 C. a. regii ludi (Schachspiel) mentio facta est. Si turres in ludo restant, fieri non potest, ut pedes in locum reginae amissae succedant. — lin. 21. In hac et sequentibus lineis vox الجرذان singularis est conf. p. 2. 30.

Pag. 125. lin. 1. Auctor مشؤم الكعب «cuius talus infelix» rem infelicem significaturus dixit. — lin. 2. Verba ضرب اخماسا لاسداس proverbialiter loquendi modus sunt quo aliquem astutiam adhibuisse, significant. Verba sic vertenda sunt: Aquationes, quae quinto die fiunt, propter aquationes sexto die ostendit. Vir longum iter suscepturus ad sitim ferendam adsuescit camelos. Per quinque igitur dierum spatium aquâ eos privat, ut postea per sex dies aquâ carere possint conf. Meid. T. II p. 3. — lin. 7. Quis ille dictus الشيخ fuerit, nescio. Fortasse الدرس libri titulus est, qui in Hadji-Chalifae opere haud occurrit. Inter proverbia recentia similis loquendi modus est: خير المال ما وقى به العرض «Optimae opes sunt, quibus honor defenditur. Meid. T. III P. 1. p. 146. — lin. 11. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190. A. a. — lin. 16· وسيقبل السعد باحسن طير «Et felicitas adveniet per pulcherrimam avem». Respicere videtur auctor omen bonum avis, quo felicem rei successum adnuntiari putabant. conf. Ham. T. II P. 2 p. 277 aut columbas, per quas in dissitas regiones epistolas mittebant (conf. p. 6), ut auctor dicere voluerit, nuntium felicitatis per avem pulcherrimam adferri conf. Mich. Sabbaghi opus: La colombe messagere etc. Paris. — lin. 16. In verbis سددت خلتك auctor famem et penuriam cum foramine in domo arundinea, quod cibo allato obstruitur, comparavit. — lin. 17. Verbis استشير به خدمتك civili

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000088

modo locuturus usus est dicens, se non ipsam felem; sed eius famulitium consulturum esse. — lin. 18. Versuum metrum Basith est conf. Darstell. p. 190 A. b. Tertii versus priorem partem sic verto: («Illae indoles) in oblivionem non venerunt, dum absentes erant et non cohibitae, ut se ostenderent, dum praesentes erant»; sed in codice B. لم تهلك «haud periere» legitur, id quod bonum quoque sensum offert. — lin. 29. Voces الصراط المستقيم e Corano desumtae sunt conf. Sur. 2, 136 et multos alios locos.

Pag. 126 lin. 3. وقد آنستنى بتسبيحك بالليل والنهار «Et iam me familiarem reddidisti laudi tuae per noctem diemque». Auctor fingere videtur, felem sono, quem edit, Deum laudare. Ex hoc muri spes orta est, felem mutata vitae ratione haud amplius peccaturam esse — lin. 20. Confer p. 183 l. 2. — lin. 22. Auctor legem respicit, ex qua in sacra Meccae ditione quaedam animalia occidenda non erant. Ex horum numero glires excipiuntur. — lin. 23. Voci استطرق hoc loco significationem «viam quaesivit, pervenire voluit» tribuendam puto. — lin. 37. Verba: «Pensare modo crocodili» proverbialiter loquendi modus est. Dicitur quoque: أظلم من تمساح «Injustior quam crocodilus» conf. Meid. 17, 24.

Pag. 127. lin. 8. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204 A. — lin. 12. Verba حبك للشى in proverbii consuetudinem venerunt et ab aliis Abu-l'Dardao tribuuntur conf. Meid. T. I p. 348. — lin. 13. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 18. In versu, cuius metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a., vox تشا metri causa taschâ ∪ — enuncianda est. — lin. 21. Haud mihi placent verba: وانا لا استشهد على صدق الا يقينك الساكن عشك «Et ego testem veritatis meae haud adhibeo nisi certam tuam scientiam, quae in nido tuo habitat», nam certa scientia cum nido haud bene coniungitur. Auctor nil aliud dicere vult, nisi, testem adhiberi haud necessarium esse, quippe feles certo sciat, rem sic se habere. — lin. 22. De vocibus اجال قداح confer p. 93. — lin 24. Verba مع انه موذن امين بين ظهور المسلمين ad morem respiciunt, quo Mohammedanis tempore primae lucis a praecone preces annunciantur; quippe gallus eodem tempore vocem edere soleatquasi precum tempus annuntians conf. p. 36. 127. 145. — lin. 26. Abu-Horairah cognomen quoque socii Mohammedis erat. — lin. 28. Verbis ورب الحرم per Deum iurat, qui dominus templi Meccensis est. — lin. 30. Verba خايب الخاين inter proverbia recentiora sunt conf. Meid. T. III P. 1 p. 142. conf. p. ٨٩ l. 5. — lin. 31. Voces القيل والقال proprie verbum activum et passivum addito articulo nomina facta sunt. conf. p. 33. 155. 168.

Pag. 128. lin. 3. Auctorem de Bagdadensibus mali quid narrasse, pluribus locis vidimus. — lin. 6. Vocibus وادخله فى حيز خبر كان duplex sensus est, de quo vide p. 9. — lin. 15. Vox راضى pro راضٍ homoioteleuti causa est. — lin. 18. Verba من يعمل مثقال ذرة etc. e Corano Sur. 99, 7. 8. desumta sunt. — lin. 20. Verba «Et non separabit se locus hauriendi auditus mei a loco osculorum eius» significant, se eius monita auribus lubenter accepturum esse; sed quod auribus hauriendi locum, monitis autem osculandi locum auctor tribuerit, mihi haud placet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000089

Pag. 129. lin. 2. Rumpi baculum, proverbialiter dicunt discordiam significaturi. conf. Meid. T. I p. 664. 669. Comparatione nobis haud probanda in verbis معلق كالحصا assiduitatem et contemtum auctor significare vult. — lin. 4. De vocibus جهينة الاخبار confer 54. 95. Maraghah provinciae Aderbidjan urbs in occidente Tebrisi sita est conf. Abulf. ٣٩٨. — lin. 8. Auctor bubonem infelicem appellat, quod Arabibus malo omini erat. Kaswin. Kosmogr. T. I P. 2 p. ٤٠٨. — lin. 9. De vocibus ربيبة الخير confer. p. 16. l. 26. — lin. 14. Ex vocibus «ut matrimonium Damascenorum» multa mala in urbe Damasco matrimonia fuisse cognoscimus. — lin. 16. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. — lin. 17. Auctorem Bagdadensium agendi modum vituperasse, pluribus locis vidimus. — lin. 18. Quis ille Abu-Becr Alrabbani sit, nescio. Dallah feminarum nomen est. In Kamusi opere legimus, Dallah et Modillah nomen filiarum Manschahani Himjaritae fuisse. De personis, quas hac in linea nominavit nonnisi pauca dicere possum. Alfarghani nomen astronomi celeberrimi est, qui tempore Mamuni vixit conf. Golium ad Alfraganium in notis et Herbelot s. v. Fargani; sed plures Ferganenses eruditione clari erant. Loco vocis الربانى legitur quoque الربابى Auctor harum personarum mentionem fecisse videtur, ut pravum vivendi et agendi modum indicaret. — lin. 23. Verba ولا جارح etc. vertenda sunt: «Et non est reprobans, quo tanquam intercessore apud nos uteretur». — lin. 26. Hemistichii metrum Basith est conf. Darstell. — lin. 31. Locus e Corano citatus الرجال etc. Sur. 4, 38. legitur. — lin. 32. Silentio praetereundum non est, verborum وقال من جعلهم قوامين وذاتنا منعوجة وللرجال عليهن درجة nonnisi posteriorem partem وللرجال etc. in Corano Sur. 2, 228 legi.

Pag. 130. lin. 3. Vox اوج Persicae originis celsitudinem et tum astronomis absidem summam solis aut stellae designat. Haec ei significatio in nostro loco tribuenda est. Verborum لا امد اليه باعى «non extendam ad eum orgyiam meam» sensus accuratus haud liquet, quamquam generaliter, se cum eo rem habituram non esse, significant. — lin. 8. Verbis «Quarum (conditionum) monilia colli adpensa in vestibus brevioribus ornant» nil aliud dicere vult auctor nisi, istas conditiones non solum ornamento; verum etiam utilitati esse. Vocem مرط, de qua confer Ham. ٥٠٤, ab auctore nonnisi homoioteleuti causa adhibitam esse, dubio caret. — lin. 14. Verba لم تقولون ما لا تفعلون e Corano Sur. 60, 2 desumta sunt. De vocibus الرشا والبرطيل confer libr. meum «Selecta ex historia Halebi» p. 84 sq. Auctor voces conjunxit cuiuscunque generis dona significaturus. — lin. 17. Verba والله لا يحب الظالمين e Corano Sur. 3, 50 sunt. — lin. 18. Verba فقطع دابر القوم الذين ظلموا in Corano Sur. 6, 45 leguntur. — lin. 26. Comparat auctor folia arboris cohaerentia cum monilibus margaritarum, quibus collum ornatur. — lin. 28. In verbis واشربوا اشراب بنى اسرائيل عجلا جسدا له خوار duo Corani loci conjuncti sunt Sur. 2, 87 واشربوا فى قلوبهم العجل et Sur. 20, 90 فاخرج لهم عجلا جسدا له خوار.

Pag. 131. lin. 3. Vox اللاء pro اللاهى homoioteleuti causa est. — lin. 5. Voces الوسواس الخناس e Corano Sur. 114, 4 desumtae sunt. — lin. 13. Vox خُوَيْصَة est deminu-

tivum vocis خاصّة. — lin. 14. Verba يا ايها etc. in Corano Sur. 5, 104 leguntur. — lin. 27. Vocibus صلمعة من قلمعة proverbialiter loquentes ignotum designant Meid. T. I, 731. — lin. 28. ابو مرة cognomen diaboli est.

Pag. 132. lin. 2. Conf. p. 133 l. 13. — lin. 4. Auctorem nostrum de incolis Bagdadi prava et ignominiosa retulisse, pluribus locis vidimus. — lin. 6. Cur illum vicinum Ebn-Alfarghani appellaverit, nescio. Ebn-Alfarghani auctoris nomen est, qui Herbelotio auctore Abu-Said Mohammed appellatus anno 700 Hedj. diem obiit. — lin. 12. Vocibus عجر et بجر cuiuslibet generis vitia designant. — lin. 20. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 163 c. — lin. 24. Verba Mohammedis الناس ناقصات عقل ودين traditione conservata sunt. — lin. 25. Plura eorum, quae sequuntur, pudor explicare vetat. — lin. 29. Voces التصريف, الرفع et الجر technicae grammatices sunt, quibus formarum mutationes et casus nominativus et genitivus indicantur. Duplices igitur vocum significationes auctor ante oculos habuit. Et voces الحلول et الاتحاد technicae sunt, doctrinae haereticorum et unitariorum, ut ita dicam, propriae.

Pag. 133. lin. 1. Versuum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a. Vox الرقبا mihi pro الرقباء pluralis vocis الرقيب esse videtur, ut vertendum sit „si custodes viderent“, aut nomen juvenis est, ad quem suffixum verbi عانقته referatur. Sin autem nomen puellae est, auctor cum verbis suffixum masculini coniunxit, id quod in versibus mysticis fieri solet. — lin. 11. In propositionibus فصح قوله وفعله وفعل معهما ما يجب فعله homoioteleutum haud rectum est, quippe voces وفعله et فعله eodem modo enunciatae homoioteleutum bonum haud constituant; sed fieri potest, ut in priore vox وفعله diversa putetur, quum copulam conjunctam habeat. — lin. 13. Verba اسلام من حسن etc. in proverbii consuetudinem venêre. Meid. T. II, 698. — lin. 15. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190 A. C. Post versum in codice A. spatium vacuum est et in margine legitur: بياض فى الاصل „spatium vacuum in codice auctoris“, ut ab auctore ipso hoc loco versus omissus esse videatur. — lin. 19. De proverbio تضرب اخماسا لاسداس confer p. ١٣٥ l. 2. — lin. 20. In vocibus تجيل قداح النظر ludum veterem ميسر appellatum auctor respicit, in quo mactati animalis partes ope sagittarum, quae extrahebantur, inter ludentes distribuere solebant. Ne autem extrahens in commodum amici fraude mala rem facere posset, sagittae extrahendae circumvertebantur. Haec est causa, cur voce اجال scriptores utantur conf. p. ١٥٣ et ١٧١. Sed quum de eo, quid agendum sit, agatur et cogitatio, ut rectum inveniatur, ab auctore praescribatur, morem respicere potest, ex quo sagittis adhibitis in re dubia, quid agendum esset, invenire studebant. Illae autem sagittae nomine ازلام appellabantur. Sunt quoque, qui glaream albam significari dicant conf. Hamas ٤٠٣ infr. Tribus sagittis Arabes usos esse narrant, in quarum una voces امرنى ربى „imperavit mihi dominus meus“, in altera: نهانى ربى „interdixit mihi dominus meus“, ut, si haec prodiret, rem intermitterent, sin illa, rem facerent; sin tertia, in qua nil esset, rem repeterent conf. Rasmussen Additam. p. ٩٧. Apud Koraischitas diversum morem fuisse legimus, qui in libro: Notices et extraits etc. T. II p. 136 sic descriptus est: „Les Coraischites adoraient aussi plusieurs autres idoles; mais la plus grande était Hobal etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000091

Devant cette statue étoient neuf fleches, par le moyen desquelles ils consultoient le sort, dans toutes les entreprises importantes; cette manière d'interroger le sort, se nommoit خمار et ces fleches ازلام. On ne consultoit point ce sort sans offrir des victimes à Hobal. Parmi ces fleches il y en avoit une qui servoit particulièrement l'orsqu'on avait des doutes sur la legitimité d'un enfant; elle portoit d'un coté le mot sarih et de l'autre lasik. Si elle se presentoit du coté ou étoit le mot sarih, ils gardoient l'enfant, si c'étoit l'autre coté, ils le rejetoient. Ces fleches servoient aussi à tirer au sort pour faire les partages et à prendre toute sorte d'augures conf. Meid. 20, 94 Pocock. spec. p. 318. Sur. V, 99, ubi res interdicta est. Si auctor hunc morem animo habuit, neque vocem قداح neque verbum جال recte adhibuisse videtur. — lin. 21. Vox مدارك pluralis vocis مدرك, quae hoc loco locum, quem quis assequitur, designat. — lin. 24. De vocibus القضاء والقدر confer 9.

Pag. 134. lin. 1. Metrum versus Thawil est conf. Darstell. p. 162 A. — lin. 3. Metrum versus Camil est conf. ib. p. 212 A. a. — lin. 13. „Et exire ad dexterum latus a sinistro. „Hic loquendi modus ad bonum omen spectat, quod in eo vident, si animal a sinistro latere ad dexterum transit. Proverbialis igitur loquendi modus est dicere: من لى بالسانح بعد البارح“ Quis mihi faustus est, posteaquam infaustus fuerat? quae verba infelix desperans profert Meid. T. II, 667; sed diversae regionis incolae diversa hac de re sentiunt. Quae protulimus, incolarum Nedjd cogitandi modus est; regionis العالية incolae, ut Hodsailitae, contrarium statuunt. In Ebn-Doraidi opere legi: فانسانح يتيمن به اهل نجد ويتشاءمون بالبارح ويخالفهم اهل العالية فيتشاءمون بالسانح ويتيمنون بالبارح — lin. 16. Sonis similibus verborum مرامى المرام لمراميه auctor ludit. — lin. 19. De vocibus زيد وعمرو confer. 9. 34. 59. — lin. 24. Verba: ut legatur super capitibus coetus etc. morem respiciunt, quo regis mandata super capitibus tenebantur et a praefectis in suggestu elato hominibus praelegebantur p. ۱۴۴ l. 10 sqq. — lin 25. Vocibus للذر للذر casus Accusativus convenit, ut verbum omissum sit conf. De Sacy Gram. Ar. T. II p. 81 sq. — lin. 28. Vox بطاقة ex Graeco *πιττάκιον* orta seriore aetate talem epistolam significat, quam columba perfert. — lin. 29. وهو نادى الندا والخير „et is (locus) erat consessus liberalitatis et boni. Auctor vocibus نادى الندا ludit.

Pag. 135. lin. 1. Vox اصلا pluralis vocis اصيل est, qua hoc loco nobilis designatur. Auctorem بنو براق et بنو زغار, بنو سلاق dixisse, ut canum species indicaret, dubio caret. confer p. ۱۴۰ l. 9. 10. — lin. 3. Voces من نسل تكابك الارتقى „e progenie Tatabeci Artakidae“ celebrem ejus originem designant et Tacabec hirci nobilis nomen fuisse videtur. Artak, Artok vel Ortok montium in regione Turkestan nomen est. Familia Ortok inde nomen accepit et dynastia Ortokidarum inde originem duxit. — lin. 5. In vocibus صيد الكايد وكيد الصايد verborum lusus est ordine eorundem verborum mutato. — lin. 12. Verba والرايد لا يكذب اهله in proverbii consuetudinem venerunt, quod paulum mutato verborum ordine apud Meidanium T. II p. 525 legitur. Viro, quem, ut pabuli locum inveniat, mittunt, summa fides habetur, quippe mendacium ipsi periculosum futurum sit. — lin. 19. Hac in linea eadem vox الذكر;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000092

sed cum diversa significatione, homoioteleuto inservit. — lin. 22. Versus, qui auctoris est, metrum Thawil habet conf. Darstell. p. 162 B. — lin. 24. Auctor الهوامر النواشر sine dubio dixit, quod reptilia per hiemis tempus somno indulgent. — lin. 28. Addidit والجوارح النواسر aut verborum lusu seductus, quamquam aves absolverat aut voci النـواسر aliam significationem tribuens. — lin. 28. Canis custodia in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. T. I p. 413. — lin. 29. Verba „Et eius canis indoles in libro memoratae sunt, locum Corani, in quo de cane sermo est, non videntur respicere Sur. 18, 17 sq.; sed librum notum. Canem homini saepe praeferendum esse, iam antea p. 115 l. 26 auctor dixerat. — lin. 30. Legendum est خزز „lepus mas" et tum البزز. Vox البزز pluralis a voce بزّة derivandus esse potest, cui fortasse eadem significatio convenit, quam voci بزّة „figura" et processit lepus mas ex hisce (diversis) animalium figuris.

Pag. 136. lin. 3. 4. In verbis فمثله كمثل الكلب Corani locum Sur. 7, 175 respicit. Ni fallor, auctor verbis واتْلُ عليهم نَبَأَ الذى locum Corani ibid. v. 174 حف من عامله بالسلخ والسلب آتيناه آياتنا فانسلخ منها ante oculos habuit. Canem impurum Arabibus animal esse, notum est. Quapropter si canis vas linguâ lamberit, hoc septem vicibus aquâ purgandum, tum pulvere conspergendum esse, Mohammedem dixisse. Hunc morem sequi maiorem sociorum Mohammedis partem. Corium autem concinnando purum haud fieri. In Relandi libro de religione Mohammedica p. 166 e codice Arabico hoc adnotatum legimus: Omnes pelles animalium mortuorum mundae fiunt (et legitimi usus), quando praeparantur in corium, excepta pelle canis et porci et quodcunque inde provenit. Haec Mohammedis praecepta sine dubio traditione conservata sunt. — lin. 9. Verba يخرج الحى etc. e Corano desumta sunt et pluribus locis inveniuntur ex. gr. Sur. 10, 32. — lin. 11. Voces العرب والعجم omnes terrae gentes complectuntur. — lin. 12. Verba فاذا نفخ فى الصور etc. etc. e Corano desumta sunt Sur. 23, 103. — lin. 14. Versuum metrum Monsarih est conf. Darstell. p. 255 A. — lin 13. Vox ماثورة in traditionibus adhibetur, quae haud interrupta testium serie conservatae sunt. — lin. 22. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162 B. Homines, qui in versu اهل الكهف appellati sunt, in Corano Sur. 18, 8 اصحاب الكهف dicuntur. Per longum temporis spatium in caverna dormivisse putantur a cane custoditi. Cani autem hanc ob causam fides a poeta tributa est. In Beidhawii commentario legimus, eum fuisse canem, qui eos sequeretur et qui eos alloqueretur et a Deo adiuvaretur, dicens, se Dei amantes amare eosque custoditurum esse, ut dormire possint. Posterior quoque versus pars Corani verbis Sur. 18, 12 زدناهم هدى similis est. In versu posteriore poeta locum Corani Sur. 7, 174 respicit, nam, quamquam in loco Bileami nominis mentio facta non sit, tamen interpretum pars versum ad Bileami historiam spectare putant, dum alii historiam cuiusdam docti Israelitae aut Omajjahi b. Abi-Zalt Mohammedem ante oculos habuisse censent. Ab Arabibus Balahm b. Bauhra vir appellatur. Verba, quae ex Corano sunt (conf. v. 175) اخلد الى الارض, ad mundum aut res viles eum inclinasse significant. Versus auctoris sunt. — lin. 27. Hemistichium metri Camil est p. 216 C. d. — lin. 28. Verba اعذر من انذر „excusatus est, qui monuit" in proverbii consuetudinem venêre Meid. T. II, 119. — lin. 29. sq. Ahlium significari, dubio

caret. Ahlius enim filius Abu-Thalebi, qui frater Ahbd-Allahi, patris Mohammedis erat, filius patrui Mohammedis est. Cur autem Ahlius امير النحل ab auctore cognominetur, nescio.

Pag. 137. lin. 2. Mirum est, quod auctor قالت الخزز scripserit, quippe lexicographi leporem marem voce significari contendant. Aut auctor erravit aut in meo codice vox قالت loco vocis قال vitiose scripta est. — lin. 3. والى مع العسس والجلاوزة. «Publicae securitatis causa praefectus, qui securitatis curam habebat, cum satellitibus noctis tempore plateas visitans circumibat. (conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II p. 184 ed. alt.) Voce العسس vigiles nocturni significantur, qui in plateis dispositi erant. Hi igitur praefectum comitantur, si in ipsorum regionem cum satellitibus intrat. Satellites autem praefectus ad puniendum quoque adhibebat. — lin. 9. sq. Voces وانزوى فى عَطْفَة وولاهم عِطْفَه sic verto: Et latus suum iis obvertit (declinavit a viâ eorum) et in deverticulo delituit. — lin. 12 sqq. Verba وانما استنفق etc. sic verto: sed nonnisi proventum officinae monetariae (دار الضرب), quae res mea est, quam possideo et fructus amygdali mei et nucis meae [1]), nutu sagittarum adspectus mei [2]) amygdalis conditi ex arcubus ciliorum pulchre formatorum [3]) et internuntio verborum meorum honoratorum, quorum porta, per quam in viam prodit, similis est margaritis, quae in gemmam carneoli et vinum [4]) immissa sunt. — lin. 17. Vox متعاطى homoioteleuti causa pro متعاط est. — lin. 18. Vocem المناقب, qua virtutes significantur, sensui minus aptam auctor homoioteleuti causa commotus adhibuit. — lin. 19. Auctor hominis facta tanquam in librum inscripta cogitat, quem homo inspicere possit; quapropter vocibus جرايد et صحايف usus est. — lin. 20. Auctor indoles viri potum appellavit, qui cupiditatibus impurus sit. Attentio animi autem cum colo, quo indoles purgarentur, comparata est. Existentiam hominis hortum appellavit, in quo spinae indolum pravarum essent, qui vituperationibus, quas cum bidente aut simili instrumento comparavit, purgandus esset. Vox منكاش sine dubio pro منقاش scripta est. — lin. 21. Verba لا يكلف الله etc. e Corano Sur. 2, 286 desumta sunt. — lin. 23. Pro vocibus لا سبحان كباقل legendum est لا سحبان كباقل «non est Sahban ut Bakil». Sahban Wajel nomen oratoris celeberrimi tempore Moahwijahi viventis est conf. Meid. T. I p. 450. Bakil autem nomen viri stupidissimi erat, qui nonnisi maxima cum difficultate loquebatur conf. Meid. T. II p. 212, ut auctor oratorem celeberrimum isti viro opposuerit. — lin. 24. Hemistichium metri Basith est. conf. Darstell. p. 190. A. a. — lin. 25. Vocem تحتج voci تحتج praeferendam putaveram; sed re diligentius perpensa vocem تحتج praefero, ut cum voce تتعرض sensu cohaereat. Mahmud b. Sobokthegin Gasnevidarum rex erat, a Kadirbillah chalifâ Jamin-aldaulah et Amin-almillah cognominatus. Vixit fine quarti et initio quinti saeculi conf. Mirchondi historia Gasnevidarum a Wilkeno edita Berol. 1832 p. 147 sq. 153 sqq. Ebn-Challikan Nro. 723. — lin. 27. De vocibus الطالع المسعود conf. 11. 98. — lin. 32. Pro voce يتصور legas تتصور, ut cum voce تتغير coniungatur.

1) Dona, quae amantibus concedit, ob dulcedinem cum amygdalis et nucibus contulit.
2) Oculorum intuitus, quo corda vulnerantur, cum sagittis comparavit. Eum quoque, quum dulcis sit, amygdalis conditum esse dixit.
3) Vox متوزة a nomine توز „forma“ derivata mihi videtur, ut verbum توز formare significet.
4) Os, per quod verba prodeunt, portam appellavit, dentes margaritas, labia carneolum; salivam autem, quae dulcis et grata Arabibus putetur, vinum esse dixit, in quod verba imbuta essent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000094

Pag. 138. lin. 1. Verba فطرة usque ad الله خلق e Corano Sur. 30, 29 desumta sunt. — lin. 3. Metrum hemistichii Motakarib est. conf. Darstell. p. 281 A. c. — lin 5. في ركابه „ad eius latus in comitatu“. — lin. 6. Quod tergum ad extremum ramum poneret, dum serra arborem resecaret, eius stupiditatem indicavit, quippe arbor resecta in ipsum decidere posset. — lin. 13. De vocibus المنطوق والمفهوم طريقي confer. 5. 78. — lin. 14. Auctor astrologiam (علم النجوم) Edrisi scientiam appellavit. Arabibus Edris idem est quam Henoch. Legimus autem in Gregorii Abu-l'Faragii historia dynastiarum p. 9. Graecos putasse, Hermesum cognominatum Trismegistum eandem personam fuisse ac Henochum. Tres autem fuisse Hermesos. Hermesum primum plures urbes condidisse, dei cultum homines docuisse et festa instituisse, quae cum sideribus cohaererent. Fieri igitur potest, ut Arabes Edrisum inventorem aut promotorem astronomiae putaverint. Invenimus quoque in Hadji-Chalifae opere T. I p. 325 locum, ex quo Edriso astronomiae notitiam fuisse, cognoscimus. Locus in Fluegelii latina versione sic sonat: „Majores sibi orbem comparasse traduntur ad instar sphaerae coelestis superque eum circulos delineasse, eorum ope diem et noctem divisisse et usque ad tempus Idrisi horoscopum ad justam regulam revocasse. Idriso autem filium fuisse narrant Lab nominatum et cognitione astronomiae imbutum. Hunc illum orbem in planitiem redegisse (et ad calculos vocasse) sibique hoc instrumentum fabricasse. Quod ad se delatum patrem oculis perlustrasse ipsique ad quaestionem“ Man sataraho (quis hoc declinavit?) responsum esse: „Satara Lab (Lab delineavit) et inde illud instrumentum nomen invenisse. — lin. 15. Voces علم الرمل scientiam designat, quâ ex figuris in arena descriptis vaticinantur. Hac de scientia conferas Hadji-Chalifae opus T. III p. 478. — lin 19. „Et eius animus factus est ut Ebn-Dsoca.“ Ebn-Dsoca quum cognomen aurorae sit, eius ingenium cultum esse, auctor sine dubio dicere vult. — lin. 23. Qui plura de Astrolabio scire cupit, evolvat librum: Bulletin scientifique publié par l'Academie imperiale des sciences de St. Petersburg Nro. 102 T. V Nro. 6 p. 82 sqq. Voces autem أوضاع الحساب, et اشكال والنقى (f. الحيان) لحيان et الطريق والاجتماع sine dubio voces technicae illi scientiae propriae sunt, quae nonnisi notiliâ scientiae ipsius accurate intelligi possunt conf. p. ١٥٨ l. 27. — lin. 25. Silentio praetereundum non est, auctorem vocibus بسودد وسواد ludere. In voce وسواد Nunnatio, id quod raro fieri solet, homoioteleutum cum voce المعادن efficit. Vox سواد autem sine dubio pluralis vocis سادية est, quâ diductis passibus incedens (camelą) significatur. Auctor digitos obscuro modo indicare vult; nam vocem a سواد (nigredo) derivari, sensus haud permittit. — lin. 26. Verba وفي دايرته etc. sic vertenda sunt: Et in eius orbe est aes fusile (sc. aurum) et centrum et in eius medio est foramen honorato (i. e. digito regis) et is gravis est aut pretio (quod auro et gemmâ constabat) aut onere, quod aliis portandum imponit (quod annulo mandata regis signabantur). — lin. 28. Voces فردة طاحون „sarcinam molae“ designant. Vox فردة, de qua lexicon meum inspicias, seriore aetate in usum venit. Verba autem summam juvenis stupiditatem indicant. — lin. 29. De vocibus باقل كسبحان confer. p. 137 l. 23.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000095

Pag. 139. lin. 2. Verba وعلى هذا التقرير vertenda sunt „et secundum hoc est expositio veritatis“ conf. 40. — lin. 4. In verbis وما صارت صفقته فى المبايعة راحة „Et non fit complosio manuum (contractus) in mercatura lucrosa“ agendi rationem cum mercatura comparavit. — lin. 6. فى الاوصاف المتباينة مشترك „diversas indoles in se conjunctas habet“. — lin. 8. Versus metrum Chafif est. conf. Darstell. p. 262 A. b. — lin. 10. Versus, cuius metrum Thawil est ib. p. 162 b. in Hamâsae opere p. ٩٩٤ legitur. — lin. 13. De vocibus فى ركابه confer p. ١٣٨ l. 5. — lin. 14 sq. وينتقل من علم اليقين الى عين اليقين „et transferatur a scientia certi ad oculum (substantiam) certae cognitionis. Voces علم اليقين in libro Tarifat sic definiuntur: ما اعطاه الدليل بتصور الامور على ما هو عليه; est igitur cognitio rei, quae argumentis acquiritur, dum cogitamus, quomodo res se habeat. Major autem gradus certitudinis est, si rem oculis nostris perlustramus. Hanc auctor عين اليقين appellavit. — lin. 15. Homoioteleuti causa fieri haud potest, ut utrique voci اليقين eadem significatio sit. Priori voci certi; posteriori autem certae cognitionis significationem tribuendam puto. Puritas auri fricando apparet (sc. in lapide Lydio). — lin. 20. Verba: „iam nexuerat digitos parvos s. medios super abundantiam exellentiae suae“ significant, eam potitam esse meritis abundantibus. — lin. 27. Dixit وازهى etc. «Et pulchrius pavoni legis et rectionis“, ut imperio pulchritudinem vindicaret. Vox ياساق a Meninskio et vox Persica cum significatione castigationis aliisque et vox Turcica cum significatione interdicti esse dicitur; sed quae vox quum in loco nostro cum voce السياسة sit conjuncta, non dubito, quin vox ياسا sit, qua lex imperii a Diengischano data eiusque constitutio significetur. — lin. 28. كانت سعادة الملك الملهمة «fortuna secunda regis ea est, quae eum (sermonem) inspiravit» i. e. regi meritum eius tribuitur. — lin. 31. Obviam ire solebant ei, quem honorifice excipere volebant.

Pag. 140. lin. 9. 10. Nominibus canum species auctorem indicaturum fuisse, haud dubito; sed quaenam fuerint, difficile dictu est. Saluk nomen oppidi in Arabia felici siti fuisse, unde canes venatici originem duxerint, in Kaswinii Kosmographiâ T. II, p. ٣٩ legimus. Canes hi p. ١٣٩. in nostro opere describuntur. De aliis vocibus nil habeo, nisi quod كوبك linguâ Turcicâ canem designat. Mihi autem in canum speciem vox translata videtur. Nec non التتار hoc loco Tatarorum canes designant conf. p. ١٣٥ l. 1. — lin. 32. Versus, cuius metrum Camil est (conf. Darstell. p. 212 A. b.), auctori tributus est.

Pag. 141. lin. 2. Verbum ردع hoc in loco sine dubio significationem pallio ادعة, appellato vestiendi habet. — lin. 4. In verbis وصارت لامر عهد عهادها لالاستغراق „et fit propter praeceptum s. propositum pluviarum suarum inundatio“ non est dubium, quin auctor vocibus عهد عهادها ludat; sed, quaenam significatio e multis vocis عهد significationibus, voci عهد tribuatur, certum non est. — lin. 6. Versus metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a. — lin. 7. Auctor subditorum obedientiam cum vestimento comparavit, cuius omnes margines figuris acu pictis donorum regis ornarentur. Vox طراف, quamquam in lexicis adnotata non est, sine dubio pluralis vocis طرف est. Auctor duas voces coniunxit cuiuslibet generis margines significaturus. In vocibus عوادى etc. auctor ludit simili vocum sono. — lin. 15. Die extremi judicii homines de factis

suis interrogantur. Sic in Corano pluribus locis dictum est. Sur. 17, 38. — lin. 17 sq. Locus in Corano Sur. 18, 47 legitur. — lin. 22. In vocibus فى قلبه مرض loquendi modus est, qui in Corano Sur. 2, 9 invenitur. — lin. 22. Verba فيمشى etc. sic verto: Et incederent dona [1]), quae vitia celant, ob timorem rerum vanarum et perderent disquisitionem eius, qui ob ius laesum opem implorat temporibus neglectionis.

Pag. 142. lin. 1. et seq. Plures verborum lusus in hisce inveniuntur. — lin. 4. Vox الرزداق e Persico رستاق in linguam Arabicam translata est. — lin. 7. فى معرّض ما قيل „ad indicandum id, quod dictum est». Verba autem عدل السلطان etc. inter proverbia recentiora locum obtinuêre conf. Meid. T. III P. 1 p. 323. — lin. 12. Vox شاكى homoioteleuti causa pro شاكٍ ut باكى pro باك est. — lin. 13. ولا تترك etc. „et ne relinquat piacula in iudicio, quod de ea (injustitia) fertur, ut eum (virum) stabiliat. — lin. 15. Si legendi modus مسقطه rectus est, ei deiiciendi, removendi significatio tribuenda est; sed fortasse مقسطه legendum est, ut iusti significatio voci قاسطه iniusti opposita sit. — lin. 21. De vocibus فى قلبه مرض confer p. ۱۴۱ l. 21. — lin. 25. Versus metrum Basith est. confer Darstell. p. 190. A. b. — lin. 26. De vocum عكس et قلب usu technico confer 6. 11.

Pag. 143. lin. 2. De vocis السلب usu technico confer. 12. 143. — lin. 4. Vox الخاصكى ex Arabico الخاصة, quapropter etiam الخاصه‌كى scribitur, orta vox Turcica seriore tempore ab Arabibus adhibita est, ut personae principis addictus famulus designaretur. — lin. 8. Voce اصول dogmata fundamentalia, a quibus alia (فروع) derivantur, designant. — lin. 17. واصل هذا المزاج „Et huius fundamentum est temperamentum corporis humani.“ Quatuor autem elementa sunt terra, aqua, ignis, aër. — lin. 18. Vocibus البلغم, السودا, الدم, الصفراء quatuor humores in corpore humano significantur, quibus bene compositis hominis sanitas efficitur. — lin. 21. Duodecim sunt signa ab Arabibus بروج „turres“ (πύργος) appellata, quorum primum signum arietis برج الحمل est conf. Ideler Untersuchung über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen p. 132 sqq. Tempus autem, quo sol ad signum arietis pervenit, est veris initium, anni initium apud Persas, quo tempore dies noctesque longitudine aequales sunt. — lin. 22. Vox زيرباج ex Persico زيرباى orta cibi iusculenti nomen esse scribitur. Quum Arabibus Persarum mores et vivendi modus innotescerent, cibos plures imitati sunt et eorum nomina in linguam Arabicam transtulerunt. — lin. 24. Auctor sermonem dorcadis cum monili comparans vocibus سلك et نظام usus est. — lin. 32. Vox واستشرافه cum voce وتطلعه coniungenda est.

Pag. 144. lin. 1. Verbis فلا تال propositio consequens incipit, quae cum verbis ومهما etc. p. 143 l. 30 cohaeret. — lin. 2. In verbis وان اخفيته فى نفسك فالله مبديه locum Corani Sur. 33, 37 وتُخْفِي فى نفسك ما الله مُبْدِيه auctor animo habuit — lin. 3. Negotio perfecto quum

1) De hisce donis confer libr. meum: Selecta ex historia Halebi p. 18 vers. et p. 84 adn.

legati a regibus dimitterentur, vestes etc. honoris causa dono accipiebant. — lin 5. Verba ما وراءك يا عصام „Quid pone te est, o Ihzami.“ i. e. quid novi adfers? in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. II p. 589. — lin. 7. Vox عطار homoioteleuti causa pro عطارا est. — lin. 10 sq. Ut mos apud Arabes ferebat, litterae regiae populo in suggestu publico praeleguntur. conf. p. ١٣٤ l. 24. — lin. 12. Omnia scripta publica nomine Dei et laude praemissis incipere solent. — lin. 13. De vocibus السنة والجماعة confer 55. 65. — lin. 14. Vox Persica فرمان «mandatum regium» seriore tempore ab Arabibus adhibita est. — lin. 16. Versus metrum Thawil est. conf. Darstell. p. 162 B. — lin. 22. Verba في الطالع المسعود ad morem spectant, ex quo ante itineris initium horoscopi ope tempus secundum astrologi indicare solebant. p. 98. 137. Columbae autem in dissitas regiones cum epistolis mittebantur. Epistolam talem بطاقة ex Graeco πιττάκιον appellabant confer 134. — lin. 23, De vocibus دقت البشاير confer p. 29.

Pag. 145. lin. 1. Lusus verborum est in vocibus: واقعة سبقت او سابقة وقعت — lin. 3. Sunt quaedam animalia, quae foedo excrementorum odore a persequentibus canibus liberantur conf. p. 157. — lin. 4. Vox زاده haud bene cum nomine كرشه et verbo ينفض coniungitur. — lin. 11. Verba sic construenda sunt من ورطات مكايدا لابن اوى. — lin. 12. Auctor vocibus طالع et طلايع tum كتب et كتايب ludit, quamquam significationes vocum inter se minus congruunt. — lin. 14. نقش يرديه. Vox برد pannum diversi coloris designat, quales in regione Jemen praecipue fabricabantur. Hanc ob causam vocem نقش cum ea coniunxit. Dualis autem formam auctor adhibuit, ut plumas diversi coloris in utroque galli latere significaret. Galli cristam coronam carneolae similem i. e. rubram appellavit. Verbis خيال تاجه „phantasma coronae suae“ rem ipsi visam esse coronam, non re vera fuisse, dicere vult. Cum voce خده autem vocem الشقيقى coniunxit significaturus, duo latera capitis simillima esse instar duorum fratrum uterinorum. — lin. 15. Vox القطع hoc loco telam seu pannum resectum significat conf. Vita Timuri T. I p. 6 ed. Mang. — lin. 16. Abu-Jahja Mohammed b. Mahn b. Mohammed b. Ahmed b. Zomadih cognominatus Almohtazim Altadjibi duo Hispaniae oppida Meriam et Badjdjanam in potestatem suam redegerat. Anno 484 octavo die ante finem mensis Rabiah prioris in oppido Meria diem obiit. Abu-l'Kasem Alasahd b. Billithah poeta illius temporis celeberrimus erat. Versus nostri in opere Ebn-Challikani Nro. 698 citati sunt. — lin. 17. Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162 A. In proverbio dicitur: احسن من الطاوس „pulchrior quam pavo“ Meid. T. I p. 411 et posterior prioris versus pars ad proverbium spectat; dicitur enim in proverbio „Pretiosior quam inaures duae Mariae» conf. Meid. T. II p. 795. Maria filia Alkami vel Thsalimi b. Wahab se inter Arabes primum inauribus ornasse dicitur. Templo Cahbae eam duas inaures duobus unionibus magnitudine ovi columbae ornatas dono dedisse narrant. Meid. T. I p. 422. Littera Alif in vocibus القرطا et البطا metri causâ addita est. Posteriorem versus alterius partem sic verto: „Et hoc ei non suffecit, ut modum incedendi anati raperet“ putans, poetam eleganter incedendi modum indicare voluisse. — lin. 19. Vox سويعة deminutivum vocis ساعة „hora,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000098

momentum“ est. — lin. 20. Quum medio quoque die Arabes preces facerent, gallum voce sua preces indicasse (الاذان), auctor dicit confer p. 26. 127. Vocibus الدهّان et الكنانى, pro qua in uno codice الكنانى legitur, duos viros voce sua aut in precibus indicandis celebres aut cantores auctor sine dubio indicare vult In libris, quos inspicere mihi licuit, notitiam haud inveni. In Herbelotii bibliotheca Or. virorum Dahhan et Alcanani mentio fit, quorum ille anno 569, hic anno 819 diem obiit. Sed quum sint grammatici, alios quam in hoc loco appellatos esse, non dubito. — lin. 31. Vocibus والاسعاف et الاعساف auctor ludit.

Pag. 146. lin. 8. Vox مرتخى est pro مُرْتَنِخ — lin. 13. Vocem Persicam اهو (dorcas) hoc loco homoioteleuti causa auctor adhibuit. — lin. 16. Vox ماهيّة nomen ex vocibus ما هى formata est conf. p. 146. — lin. 17. In vocibus النجم الرجم Arabum opinionem respicit, qui putant, angelos stellis tanquam lapidibus iactis daemones a coelo depellere, ne angelorum sermones audiant confer p. 69. 76. 77. — lin. 18. Vulpes urinâ sparsâ canes a se retinere studet. — lin. 19. Versuum metrum Ramal est conf. Darstell. p. 239 B. c. — lin. 20. De voce السلوقى confer p. ١٣٠ l. 10. Descriptione clarum est, speciem canis, quem vertagum appellamus, indicari. — lin. 25. الصلب. Cruci adfigere solebant Arabes conf. Ham. T. II P. 1 p. 567. — lin. 27. „Et ne ea laceres uno baculo“ ولا تشقها بعصى واحدة (sed diverso modo). Auctor in his proverbialem loquendi modum „dis-شق عصا المسلمين gregavit Mohammedanos“ Meid. T. I p. 661 respicere videtur; nam aliter loquendi modus minus conveniret. — lin. 30. Vox التلاقى propter homoioteleutum pro التلاقى est.

Png. 147. lin. 3. Versuum metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204 A. — lin. 7. Vox نادى homoioteleuti causa pro نادٍ est. — lin. 8 sq. Verba وانهم على هدى من ربهم وانهم مفلحون e Corano Sur. 2, 4. desumta sunt, ubi legitur: أولائك على هدى من ربهم واولائك هم المفلحون — lin. 9. Vocem النقوش auctor sine dubio homoioteleuti causa adhibuit; sed seriore aetate vox scripturas quoque significat. — lin. 13. Mos est apud Orientis gentes ad regem advenientes capite in terram inclinato terram osculari conf. Abulf. Annal. T. IV p. 371. 699. Auctor sine dubio dixit, „et eos duxerunt in campum securitatis“ voce ميدان utens, quod vox ميدان campum magnum designat, in quo conciones esse solebant. — lin. 14. Vocibus النفل والفرض, de quibus confer p. 14. 39., omnes leges ritusque tam spontaneos quam iussos designant. — lin. 15. Legatos aut alios, quibus honorem tribuere volebant, reges vestibus pretiosis ornare solebant confer p. 108. — lin. 18. Duae voces العقل (ingenium) et النقل (doctrina) duos fontes, e quibus homo a Deo adiutus rerum cognitionem haurit, designant conf. p. ٨٠ l. 8 infr. l. 14. infr. et p. ٨١ l. 3. 4. — lin. 23. Verba وتلك الامثال usque ad العالمون e Corani loco Sur. 29, 42 desumta sunt. Quae autem sequuntur verba اخر الباب السادس usque ad finem auctoris iudicanda non sunt.

Pag. 148. lin. 3. In voce لجامع duplex est significatio aut complectentis, totius aut templi magni, cui significatio portae vocis باب quadrat. — lin. 8. كانه طود فى جراب

„quasi mons in sacco e corio confecto esset.“ Elephantem cum monte et cutem eius crinibus carentem cum sacco e corio confecto auctor comparat. — lin. 13. Rami tenerrimi cum statura iuvenum pulchrorum auctor comparavit conf. Bohlen de Motenabbio p. 55. — lin. 15. Quum, quae in lexicis adnotatae sunt, significationes loco haud conveniant, voces معاصم وعصاما sic explicandae sunt, ut vox معاصم pluralis vocis معصم (locus defensionis); vox عصاما autem pluralis vocis عصمة (defensio) sit, quibus auctor quamlibet defensionem designat, nisi potius auctor modo mihi haud arridente arces cum pericarpii locis et ansis vasorum aut loris utris comparavit. — lin. 23 sq. Locum sic verto; et iis in initio bellorum ductus et intelligentia (iurisprudentia), cuius explicationi extremitas non est et cuius doctrinis derivatis doctrinarum primitivarum finis non est; in disquisitionibus earum ad vitam revocant animas et in scholis belli repetitis ictibus, postquam disparuerat (post lectionem), fortitudinem disparentem reducunt“. In hisce verbis auctor pluribus vocibus ludit. Bellum cum scientia comparat, in qua ad summum pervenerint et pugnam cum schola, in qua pueri repetitis ictibus ad studium novum impelluntur. Auctorem autem verbis هداية للحرب بداية فى ولهم librum aut libros animo habuisse, dubio caret; sed quosnam ante oculos habuerit libros, difficile dictu est; sunt enim plures libri, quorum tituli similitudinem quandam habent. Ni fallor, duo potissimum opera animo habuisse videtur, unum بداية المبتدى, alterum الهداية فى الفروع inscriptum. Prioris auctor est Abu-l'Hasan Ali b. Abi-Becr Almarghinani mortuus anno 593. Posterioris auctor Borhan-Aldinus est mort. anno 591 conf. Borhaneddin Enchir. p. 44. conf. Herbelot. Biblioth. s. v. Hedajah et Hadji-Chalifa Nro. 1695. Huius libri auctor in Vita Timuri quoque T. I p. 82 et 636 mentionem fecit

Pag. 149. lin. 1. Verbis ولا زال يفتل منه فى الغارب والذروة proverbium „summum فتل فى ذروته eius gibbum fricuit“, quod in Samachscharii proverbiorum opere فتل فى ذروته وغاربه; in Firuzabadii Djeuhariique operibus autem ut in opere nostro legitur. Inde desumtum est, quod cameli gibbus collumque, ut se submittat, fricatur. Verba igitur significant, eum elephantem omni modo instigasse conf. Meid. T. II p. 200. — lin. 3. Auctor حمية للجاهلية dixit, quia tempore ante Mohammedem, quod tempus status ignorantiae appellatur, Arabibus ista animi conditio propria erat. — lin. 5. اسلمه eum quasi deceptum prodidit et captivum tradidit. — lin. 6. وعشقها على السماع «et amor earum (cupiditatum) inter cantum i. e. dum cantum audiebat, eum amor cupiditatum occupavit. Suffixum vocis عشقها nonnisi ad vocem الاطماع referri potest. — lin. 8. In vocibus وقالب قوالب etc. sono similibus auctor lusit. Eas sic vertendas puto: Et verterat res cor laedentes casuum eius (temporibus) comparatione instituta, quamdiu id (tempus) pertulerat» i. e. Casus ingratos temporis cum aliis comparans effecit, ut minus ingrati et noxii essent, dum perferendi erant; sed pro verbis ما قاساه cum codice A وقاساه «et pertulerat» legendum videtur, quippe quod priori وعاناه magis congruum sit. — lin. 11. Vocibus والرتق كالفتق fratres illos tanquam omnino contrarios et oppositos describit. Observave licet, in his et sequentibus singula singulis opposita esse. — lin. 13. Theriaca nomen remedii est, quod contra venenum adhibetur. Hanc ob causam in proverbio dicitur: carior quam theriaca conf. Meid. T. II p. 163. — lin. 17. Voces easdem صعب et الصعب in ho-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000100

moioteleuto adhibuit, quod una articulo instructa est; altera eo caret. Utraque vox diversas significationes offert. Auctor Ohmarum, cuius cognomen Abu-Hafz erat et qui leo appellari potest, respicit. — lin. 19. Voces عليه يضبط vertendae sunt: In libro peccatorum nil contra eum inscriptum est. — lin. 22. De vocibus تشنفت مسامعى etc. confer p. 21. — lin. 23. 24. In codice A. ثانيتها et ثالثتها legitur, qui legendi modus cum priore voce احديها magis congruus est. — lin. 26. In vocibus متحركا et ساكن est lusus, dum vox ساكن opposita voci متحركا significationem quiescendi simulque habitandi habet. — lin. 29. De vocibus من حسن اسلام etc. confer p. ١٣٣ l. 12. — lin. 31. Versuum metrum Camil est. conf. Darstell. p. 212 A. a.

Pag. 150. lin. 3. De vocibus المعقول والمنقول confer 18. 109. — lin. 9. Auctor reditus cum palma comparavit significaturus, eos parvos esse Fructus palmae enim, si cum guttis imbris comparantur, paucae sunt. — lin. 14. ان يتعدد الخليفة الامام «plures chalifas Imamos esse». Initio Islami munus chalifae et Imami coniunctum erat, quippe munus Imami pars muneris chalifae sit. Chalifa enim successor Mohammedis est in regendis et administrandis rebus publicis tam ad religionem quam ad civitatem spectantibus; Imamus autem proprie is est, qui in precibus publicis die Veneris praeit, ut omnes eum imitentur. Quod quum Mohammedes fecisset, tanquam munus in eius successores transiit. Postea autem scriptores de chalifae munere et Imami munere separatim egerunt. Qui autem plura de utriusque muneris significatione et conditionibus scire cupit, is chrestomathiam meam grammatico historicam p. ٥٠ sqq. adeat, ubi ea inveniet, quae Ebn-Chaldunus in prolegomenis historicis scripsit. Quum autem Chalifa et Imamus successor Mohammedis sit, nonnisi unus Chalifa et Imamus eodem tempore esse potest. — lin. 15. Metrum versuum Wafir est conf. Darstell. p. 204 A. — lin. 18. Timuri mandatum, quod Allah-Dado miserat, in vita Timuri T. II p. 314 (ed. Mangeri) iisdem paene verbis descriptum est. — lin. 23. Aschbarah oppidi nomen est trans Iaxartem siti, spatio viae mensis a Samarcando remoti, in regione Getharum seu Scythorum orientalium conf. Herbelot s. v. Aschbarat. In Abulfedae Geographia et in lexico Geographico مراصد الاطلاع, quod cl. Yuynboll edit, frustra locus quaeritur. — lin. 25. Vocibus عبّاد الشمس والنار «Cultores solis ignisque» Persae designantur. — lin. 27. Pluralis مراسل a singulari مرسلة derivandus seriore aetate epistolas significat. — lin. 29. Pluralis صحار, qui sono voci قفار similis est, in lexicis haud invenitur. Usitatior est forma صحارى, quae in uno codice A et in Vita Timuri loco citato legitur.

Pag. 151. l. 1. Regna Chathae in septentrionali Chinae parte sunt. — lin. 2. Auctor voces plures in arte rhetorica usitatas adhibens, ut البلاغة, معانى, بيان dixit, ista in re explicanda superfluam partem sermonis, sermonem prolixum pro eloquentia habendum esse, ut accuratissime et copiose explicarentur. Sermo autem prolixus et superfluus ei repugnat, quo eloquentia constituitur. De significatione verborum علم المعانى et علم البيان confer de Sacy Anthol. Gram. p. 305. — lin. 5. Voces حدود الدمن locorum habitatorum fines designant, quippe in quibus camelorum fimus efficiat, ut herbae progerminent. Quum in Vita Timuri loco citato الشيح والقيصوم inveniatur, hunc legendi modum caeteris praefero.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000101

Qui legendi modum الشيخ القيصوم praefert, verba sic explicet, ut lentam manducationem indicari putet. Quo enim ingratior cibi sapor est, eo lentius eum manducare solemus. Senis autem est lente manducare cibum. Monet igitur auctor, ne in describendis rebus festinetur. — lin. 13. Ebn-Chaldun, (de quo conferas de Sacy Chrest. Ar. T. I p. 390 sq. et T. III p. 521) cum Aegypti principe contra Timurum profecturo advenerat, et, quum hic in Aegyptum fugiens rediisset, Damasci permanserat. Ibi in collegio Adelitico habitabat. Quum vero proceres Damasci ex urbe legati ad Timurum irent, a legatis princeps creatus Timuri benevolentiam consecutus est conf. Vita Timuri T. II p. 58 sqq. — lin. 19. Timurus claudus quidem erat, quapropter cognomen لنك acceperat (تمیور لنك), ex quo nostrum Tamerlan ortum est; sed non erat talis, qui voce سطبج significatur. Auctor vero voce سطبج usus videtur, ut hariolum celebrem sic cognominatum, qui ante Mohammedem in gente Banu-Dsib degeret, respiceret. Huius vero corpus capite excepto ossibus caruisse dicitur. — lin. 18. Verba كأنّ الحايل رفع من البين sic vertenda puto: «quasi intercedens sublatum esset ex intervallo i. e. quasi res, quae ex magno intervallo, quod implerent, remotae essent, ita ut non amplius impedirent, quominus res remotae (hanc ob causam iam propinquae) conspicerentur. — lin. 22. Verba ويكون سعيه كالشكر etc. sic verto: «Et eius studium instar gratiarum actionis erit incrementum petens et perpetuam vult esse petitionem augmenti a domino suo, sic perpetuum vult esse augmentum servorum». — lin. 24. Voces واعظمْ بها etc. formulam admirandi efficiunt, quae vertenda est: quam magnum est vitium! — lin. 27. Voces الفتح والفتوح (victoria et victoriae) cuiuscunque victorias designant. — lin. 30. Metrum versuum Wafir est. conf. Darst. p. 204. A. — lin. 32. Verba والدر يقطعه جفاء للحالب hemistichium versus sunt, cuius metrum Camil est. conf. Darstell. p. 212. Verba علو الهمة etc. iis accensenda sunt, quae a Mohammede prolata traditione conservata sunt.

Pag. 152. lin. 3. Versuum metrum Motakarib est conf. Darstell. p. 280 A. a. — lin. 7. Metrum versus Thawil est ib. p. 163. C. — lin. 9. De verbis واجل قداح الفكر confer p. ۱۳۳. Voce يسنح usus est auctor consilium cum fera comparans, quae dexterum latus venatori offert. Quae fera quum a venatore optime sagittâ peti possit, comparandi modus bonum consilium indicat, quod quis facile sequi possit. — lin. 12. Voces فروع rami et اصول radices, quae aliter quoque doctrinas derivatas et doctrinas primarias designant, hoc loco oppositae sunt, ut tota res significetur. — lin. 19. Verba ذوقوا etc. in Corano Sur. 39, 25. (conf. Sur. 7, 37.) leguntur. — lin. 22. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204. — lin. 23. Verba وهذا بحسب المقام «et hoc secundum locum est» i. e. haec res iudicanda est secundum locum, quem quisque in civitate occupat. Sequentia autem vertenda sunt: Ne autem quis opinetur, opes solas esse retia, quibus viros capiat; sed regnorum custodia ultra hoc est i. e. regna non solum opibus custodiuntur; sed plures res requiruntur. — lin. 25. Verba Mohammedis لن تسعوا الناس traditione conservata vertenda sunt: «Opibus vestris in homines potestatem non habebitis; eos igitur animi indolibus in potestatem redigatis.» Quum Mohammedani isto tempore pauperes essent, iis tales animi indoles com-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000102

mendat, quibus hominum benevolentiam sibi conciliare possint. Voces وشى بحتاج etc. cum vocibus l. 29. لجدير بان coniungendae sunt. — lin. 28. Verba فتزول usque ad التبعات sententiam intermediam efficiunt et sic vertenda sunt: «nam in hoc mundo voluptates cessant, quamquam homo res ingratas pertulerit et angores molestiasque ceperit, et in vita alterâ ea, quae hominum actiones sequuntur (i. e. praemia aut poenae), manent. Verbis autem لجدير etc. propositio consequens incipit.

Pag. 153. lin. 2. Auctor unum fratrem ابو الحجاج «patrem Alhadjdjadji» fortasse appellavit animo habens virum crudelitate notum (conf. p. 77.) tempore Omajjadarum viventem (conf. Herbelot. T. II p. 225. Ebn Challik), quod hic frater regem ad iniustitiam incitaverat; alterum autem verbis ludens للحجاج «litigatorem», quod contra fratrem verbis litigabat. — lin. 5. Verba بل احال وفاته واذهله عن درك الحق وفاته. Verba واذهله cum prioribus haud bene cohaerere videntur; quippe verbo اذهله aliud subiectum quam verbo احال esse videatur. Si scriptum sit, واذهله ذلك res bene cedere mihi videtur. — lin. 12. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 193 B. b. — lin. 13. Versus metrum Basith est ib. p. 190 A. b. — lin. 25. Vox لاش est pro لا شى — lin. 27. Metrum versus Chafif est ib. p. 262. A. a. — lin. 28. Versuum metrum Wafir est. ib. p. 204 A. — lin. 32. Voci كسرا duplex significatio est aut Cosrois aut fracturae, ut verti possit: et isto sermone fracturam coniunxit aut et isto sermone Cosroem consolatus est.

Pag. 154. lin. 1. Praefero codicis A. legendi modum: والاـبـق الـركـون — lin. 4. ان يكون فى صدر التجارة رئيسة (qui vult) esse in supremo loco commercii princeps.» Vox رئيسة pro رئيس esse videtur. — lin. 10. Metrum duorum versuum Wafir est. Darstell. p. 204. A. — lin. 12. Versus, cuius metrum Thawil est (Darst. p. 162 B.), اذا هم in Hamâsae opere p. ٣٣ legitur. — lin. 13. Verba وتحسبونه هينا وهو عند الله عظيم e Corano Sur. 24, 14. sunt. — lin. 14. In verbis الآتون بيوت النوايب والنوازل من ابوابها auctor verba Corani Sur. 2, 185 واتوا البيوت من ابوابها «Ad domos per portas intrantes venite!» respicit significaturus, eos in vicissitudinibus temporis et casibus recte agere; nam tempore ante Mohammedem mense sacro nonnulli a posteriore latere domum intrare solebant conf. Beidhawii comment. ad istum locum et praesertim Hamas. p. ٣, ubi res accuratius descripta est. — lin. 15. Auctor dixisse videtur: «clausit duas portas», quod in caverna vulpis duplex introitus locus est. — lin. 18. Vox متدرق a nomine درقة derivanda est, ut scuto armati significationem habeat. — lin. 23. Verba ومن نجا etc. in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. II p. 661. — lin. 24. Praeferendum puto codicis A. legendi modum فى الاجلة, quippe vocibus prioribus فى العاجلة magis conveniat. — lin. 25. In Corano voces عذاب اليم multis locis inveniuntur. — lin. 26. In singulis vocibus phrasium وتناقص العدد والعدد وتتاكص المدد والمدد homoioteleutum et verborum lusus inveniuntur. — lin. 27. Propter praepositionem عن legendi modum codicis A فلت «eos reliquerat» praeferendum puto. — lin. 29. Nubes pluviam non emittens in proverbium venit; dicitur enim ما هو الا سحابة نافحة «Non est is nisi nubes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000103

pluviam non emittens» Meid. 24, 177. Et vir, in quo nil boni est aut qui promissis non stat, cum fulmine nubis, quae aquâ caret, comparatur. Pro vocibus لو يوثق in codice A. لا يوثق, haud male, quippe ولا يحصل sequatur. — lin. 32. Proverbium est: دونه العيوق «remotius quam capellae sidus est» conf. Meid T. I p. 474. Verba: «Hatimum parvi faciunt» cum proverbio: اجود من حاتم liberalior quam Hatim» cohaerent conf. Meid. T. I p. 324.

Pag. 155. lin. 1. De vocibus قيله وقاله confer p. 127. — lin. 10. In vocibus التبصر والتصبر verborum lusus est. — lin. 11. 12. Auctor vocibus العدد والامداد والمدد والعدد ludit. — lin. 13. به يضرب المثل. A leone plura proverbia originem duxerunt conf. Meid. T. III P. 2 p. 27 num. 31. — lin. 15. Verbis جدالهم وجلادهم auctor ludit. — lin. 17. Auctor vocibus تقصر حبالنا et قصور ludit. — lin. 19. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190 A. b. — lin. 22. كيومرث Cajumarts est nomen primi regis Persarum ex dynastia Pischdadiensi. Alii eum primum omnium regum fuisse putant, de quo multa fabulantur, quae in Herbelotii bibliotheca sub voce Caiumarath narrata invenies. — lin. 26. Verba الملك عقيم «regnum sterile est» proverbii sunt, quod in Meidanii opere T. II p. 685 legitur. — lin. 28. Verba غرته التسع اواق الزايدة « deceperunt eum novem unciae redundantes » proverbium redolent.

Pag. 156. lin. 9. Versus, cuius metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162 b., in Chrestomathia mea gram. hist. p. vi invenitur. — lin. 16. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 28. Auctor eadem voce خصمه, sed cum diversa significatione, ad homoioteleutum constituendum usus est.

Pag. 157. lin. 5. In vocibus انتهى سابق افكاره فى ميدان مضماره cogitationes cum equis in certamine currentibus, qui ad summam celeritatem impelluntur, comparat; sed fortasse سابق praeferendum est, ut equus victor designetur. — lin. 9. Legendum est: انا النذير العريان «Ego sum monitor nudus»; proverbii enim verba sunt, quod in Meidanii opere T I p. 71 explicatum est. — lin. 18. De leone confer Kaswini Kosmogr. T. I P. 2 p. ٣٨٩. In verbis واضاف etc. leo cum viro comparatur, qui carnibus animalium occisorum relictis aves rapaces ut vultures etc. tanquam cibo hospitali excipit. De vocibus عمرو وزيد confer 9. 34. 59. 134. — lin. 19. Fortasse pro غبى legendum est عبى «dispositus». — lin. 20. Versus metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a. — lin. 23. اسامة nomen proprium leonis est. Leonis Chaffani (loci prope Cufam leonibus abundantis) in proverbio: اجرا من ليث بخفان »Audacior quam leo in loco Chaffan» mentio facta est. Meid. T. I p. 334. — lin. 24. De pardo confer Kaswini Kosm. T. I P. 2. p. 404. In hemistichio versus eaedem litterae eodem modo enunciandae; sed diverso modo derivandae homoioteleuto inserviunt. Metrum Camil est ib. p. 212 A. a. — lin. 25. De vulpe confer Kaswini Kosmogr. T. I P. 2 p. ٣٩١. — lin. 26. Vox ظالما haud bene se habet; nam casus accusativus haud convenit. Legendum est ظالما «saepissime». Verbis ظالما فر من طبل respicere videtur venatorum morem, quo sono tympanorum feras e latibulis excitare solebant. Vult igitur vulpem experientia edoctum. واحرق السلوقيات سلاحه „Urinâ ope caudae in oculos canum perse-

quentium sparsâ vulpes se defendere dicitur. conf. p. 145. — lin. 28. Verba من دهاه esse videntur pro من دهاءه «propter astutiam suam». — lin. 30. Pro طالما legendum videtur طالما, nam casus Accusativus haud convenit. — lin. 32. Versus metrum Thawil est conf. p. 162 B. In versu Arabum opinionem poeta respexit, lupum nonnisi uno oculo dormire, altero vigilare conf. Kaswini Kosmogr. T. I P. 1 p. ٣٩٥.

Pag. 158. lin. 7. Leonis audacia et fortitudo in proverbiis describuntur Meid. T. I p. 329 334 705. — lin. 13. Versus metrum Redjes esse videtur, dum pes مفعولن ⏑ – – posterioris hemistichii in فعولن ⏑ – – mutatus est. — lin. 21. De opinione Arabum hominum fata cum astris cohaerere, ut horoscopi ope vir sibi tempus aptum rei peragendae eligere possit confer p. 25. 55. — lin. 25. Vox برج signum Zodiaci, quocum hominum fata cohaerere putantur, designat.

Pag. 159. lin. 2. Vocibus وصال بيض وسمر «Coniunctio albarum et fuscarum» dies noctesque designat. — lin. 4. Vox الهجر in versu alienationem amicae, vox الوصل coniunctum esse cum amica significat. Metrum versus Thawil est conf. Darstell. p. 162. A. — lin. 10. احدى الحسنيين «Una duarum rerum pulchrarum». — lin. 11. من قتل دون ماله «Qui occiditur defendens opes suas». Sine dubio verba Mohammedis sunt traditione ad nos delata. — lin. 12. Regem Hatim-Thai appellat significaturus, eum liberalissimum esse, quippe illius viri liberalitas tanta esset, ut in proverbii consuetudinem venerit conf. Meid T. I p. 324. Verbis حسن الثناء etc. locum inter proverbia recentiora dedi Meid. T. III P. 1 p. 102. — lin. 15. Versuum metrum Thawil est conf. Darst. p. 162 B. — lin. 18. Codicis A legendi modum لحوما loco vocis حلوما ob vocis prioris جسوما significationem praeferendum puto. — lin. 21. Voces تنكسر شوكتنا proverbialis loquendi modus sunt conf. Meid. T. III P. 1. p. 441. — lin. 25. Versus metrum Basith est. conf. Darstell. p. 190 A. a. — lin. 27. Sic legendum est: وسورةٍ غضبُهم وثورةٍ لهبُهم, dum singulis vocibus homoioteleutum est. — lin. 29. In verbis ويكتب ما قدموا وآثارهم locum Corani Sur. 36, 11. ونكتب ما قدموا واثارهم auctor ante oculos habuit.

Pag. 160. lin. 2. Auctor quum vocem العوم adhibuerit, in voce جرى tam significationem fluere, quam significationem accidere animo habuit. — lin. 4. De proverbiali loquendi modo: خير الاموال confer Meid. T. III P. 1 p. 144 et librum hunc p. 125 l. 7. — lin. 5. Auctor vocem اهب, quae proprie significat «advocavit, ut in feminam insiliret»; sine dubio adhibuit, quod ei similis ac voci النهاب sonus est. — lin. 6. Voces فى البين significare videntur: in hac separatione (consiliorum) i. e. quum diversa consilia data sint. — lin. 20. فهم كالقفل المجمّع «Ii igitur sunt instar serae coniunctae». Comparandi modus admodum clarus non est. Significare videtur exercitus diversas partes coniungendas esse, ut sera, qua porta clauditur, cum altera parte coniungenda est.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000105

Pag. 161. lin. 6. In vocibus ولكل حرب حرابا et sequentibus multum ludit auctor. — lin. 20. Voci ارتهاص interioris pedis noxâ affectum esse et voci ارتصاص fractum esse (conf. Hebr. רצץ) significationem tribuendam puto. — lin 28. وغير فى مقامرته شكل النقوش „et permutavit cum eo aleâ ludens figuram picturarum“. Auctor sine dubio agendi modum cum alearum ludo comparat, quo quis, ut alterum decipiat, figuras mutat. — lin. 29. Vox ترك est pro تركه — lin. 30. ما يملا البرك «id quod piscinas implet».

Pag. 162. lin. 7. Vox المقياس, pro qua unus codex القياس habet, quod fortasse praeferendum est, «in analogia» i. e. in re huic simili. Libri titulus esse videtur. — lin. 9 Loco vocis جميلا legitur quoque فاضلا. Qui legendi modus si admittitur, homoioteleutum sic constituendum est: رسولا عاقلا فصيحا فاضلا — lin. 11. Verbis واحرم الى كعبة محاسن الشيم ولبى لبيك dixit“ peregrinationis ritus respicit auctor. — lin. 11. In verbis باب النبوة استد. „Porta prophetiae obstructa est“ Mohammedanorum doctrinam, post Mohammedem, quum hic ultimus Dei legatus fuerit, Dei legatum non amplius appariturum esse, respicit. — lin. 15. فى معاملات المضاربة بضاعتنا „in commerciis pugnandi mercem nostram“ Auctor pugnam cum commercio comparat, in quo unus mercem dat alter pretium accipit. — lin. 25. وجعل البسملة مبداه والحسبلة ختامه „Orationes verbis بسم الله الرحمان الرحيم incipere solebant; finem autem orationi imponebant verbis وحسبنا الله, id quod auctor noster vocibus بسملة et حسبلة exprimit. — lin. 27. Vox اعداه homoioteleuti causa pro اعداءه est. — lin. 30. In proverbio اكرم من الاسد „generosior quam leo“ dicitur Meid. T. II p. 389.

Pag. 163. lin. 1. Vox بند (conf. p. 34.) proprie linguâ Persicâ vexillum magnum, tum decem millia militum, quibus tale vexillum erat, designat. — lin. 3. قبل ان يكشر الشر نابه „priusquam malum dentes suos denudet“. Malum cum animali rapace comparatum est. — lin. 12 sq. In verbis وليحطمنكم سليمان الافيال وجنوده auctor Corani locum Sur. 27, 18. يا ايها النمل ادخلوا مساكنكم لا يحطمنكم سليمان وجنوده respicit. — lin. 15. ما فعله بممالك الاسلام التتار Tempore auctoris Tatari Mohammedanorum regna occupaverant et vastaverant, quas res in libro „Vita Timuri“ descripsit. — lin. 20. Voci فج hoc in loco crudi, immaturi significatio tribuenda est Meninsk. — lin. 23. In verbis واضل قومه وما هدى auctor Corani locum واضل فى عون قومه وما هدى Sur. 20, 81 respicit. — lin. 25. Auctor sine dubio, ut vocibus ludat, voce كنيف (latrina) usus est. — lin. 24. In vocibus زل وزل et حال وحل lusus verborum est. — lin. 26. Legendi modus, qui in una codicum parte invenitur فسيعدم هدوه ويحرم مرجوه minus elegans est; sed homoioteleuto magis convenit; quapropter alteri, quem in textum recepi, praeferendus est. — lin. 27. Inter proverbia recentiora locum obtinuêre verba: اربعة اشياء لا يستقل قليلها النار والمرض والعدو والدين conf. Meid. T. III P. 1 p. 181. — lin. 29. In vocibus واقاه et لاقاه, واقاه et لاغاه homoioteleutum est. — lin. 31. In verbis فسينزل etc. auctor Corani locum Sur. 9, 26. وانزل جنودا لم تروها respicit conf. Sur. 33, 9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000106

Pag. 164. lin. 11. Verba واراه من البيضة سعاد „Et ei ostendit ex ovo Soahdam“ Soahda est nomen amatae feminae, cuius absentiam initio carminis celeberrimi Cahbus b. Sohair queritur, quod ad eam pervenire haud possit. Auctor autem noster ovum illud Soahdam appellavit, quod ut illa femina, nonnisi cum magno periculo attingatur. conf. Sp. ۴۰۰ l. 4. Verba دونها خرط القتاد in proverbii consuetudinem venerunt ad rem difficilem significandam conf. Meid. T. I p. 476. In proverbio stupidus dicitur ما يعرف هرا من بر „discernere non potest vocationem ovium a propulsione“ conf. Meid. T. II p. 605. — lin. 15. Quae glis de vindicanda nece protulit, morem spectant, ex quo hospitis caedes ulciscenda erat, quippe ei, apud quem hospes habitaret, hospitis tuendi officium esset. — lin. 18. Vox زبان in lingua Persica linguam designat. — lin. 22. Voci اقتبلت incipiendi significatio tribuenda videtur. — lin. 25. Tranquillitas cum ala, qua quis tegitur; absconsio autem cum lacinia vestis, qua pars corporis occultatur, comparatae sunt. — lin. 26. Vox عبت a voce عبى pro عبأ (composuit) derivanda est. In vocibus ونودى بالفلاح verba, quibus Mohammedani ad preces invitantur, auctor respicit conf. p. 36. 127. 145. — lin. 28. Voci استطار significationem v o l u i t v o l a r e tribuo. — lin. 29. Verba اعمى القضاء عينيه etc. cum proverbiis اذا اتى القدر عمى البصر et اذا نزل القضاء عمى البصر consentiunt conf. Meid. T. III P. 1. p. 2. 508.

Pag. 165. lin. 5. Voces ابو الحسين ذو المفاخر ناصر nomen proprium viri celebris esse videntur; sed, quum nomen frequens sit, quem designet, dicere haud possum. — lin. 5. Fabula haec cum fabula prima in libro Calilah wa Dimna quandam similitudinem habet, nisi quod auctor loco tauri asinum posuit conf. libr. Calil. w. Dimn. p. ۷۸ sqq. ed. de Sacy. — lin. 6. رمى بالعبر „lacrymis (moerore) iactus est“. — lin. 11. فيسدى ويلحم فى شقتها ويفصل مهما اختار من مزهر خرقتها „Et stamina disponebat et subtegmen texebat in panno longo eius et dissecuit partes, quas elegerat, locorum florentium in pannis laceris eius“ Auctor prata, in quibus asinus erat, cum telis pannorum comparavit, quos huc illuc discurrens quasi texebat et dissecabat. Quamquam in lexicis vox مزهر non est, tamen ei loci florentis, lucentis significationem tribuendam esse puto. lin. 5. — lin. 24. Vox حار est pro حاير.

Pag. 166. lin. 4. فما حوّلك تحتى واحالك. Vocibus حوّل et احال aut eadem significatio danda est i. e. effecit, ut te huc illuc converteres (locum semper mutares) aut حول significat, „effecit, ut diceres لا حول ولا قوة الا بالله — lin. 5. قلتى وقطوعى „quod paucus (solus) et ab aliis separatus sum“. — lin. 8. Forma quinta verbi رصع in lexicis Arabicis haud occurrit. Habere potest significationem passivi secundae i. e. definitus fuit. — lin. 13. (الوهم) هو عند براهمة الهند وحكماء السند احد طرق العلم (facultas imaginandi) apud Brachmanos Indiae et doctos Sindae una viarum est, quâ scientia acquiritur. Nisi fallor auctoris verba ad Indorum mythologiam spectant. — lin. 19. In voce لاجبن significationem duplicem auctor ante oculos habuisse videtur et pusillanimitatis et casei. — lin. 20. „Et mihi videor, dum victoriâ potitus rediisti, esse consolidatus clade hostis tui, laetatus prosperitate tua“. — lin. 20. Auctor vocibus مجبورا et محبورا ludit. — lin. 24 sqq. In hac

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000107

linea et sequentibus auctor plures voces ludi regii latrunculorum, qui ab Indis inventus putatur, adhibuit. Tam voces ipsae, quam comparandi ratio nonnisi ei clarae esse possunt, cui ludi notitia est et rei explicatio parum prodest. Voces رقعة الشطرنج, tabulam seu stratum quadratum designat, quod in sexaginta quatuor aequales partes, quarum dimidia pars colore diverso distincta est, divisum est. Hoc auctor noster verbis وقسمها بالسوية indicare voluit. In utroque latere figurae certo ordine dispositae sunt, ita ut in medio utriusque ordinis spatium vacuum relictum sit. Ludus autem pugnam inter duos exercitus describit, in qua quaelibet figura ita adhibetur, ut rex contra captivitatem mortemque defendatur. Pugnam incipientes figurae ab utraque parte in spatium vacuum procedunt. Singulis autem figuris e ratione loci, quem in exercitu tenent, nomina sunt. In loco nostro nomen elephantis فيل, qui in exercitu Indorum robur exercitus erat, occurrit. Apud nos autem turris male in elephantis locum in extremo loco lateris utriusque positi successit, quippe turris cum elephante in pugna comparari haud possit Omnibus autem figuris quasi praeest figura فرزين, quae summi imperatoris in pugnae ludo locum occupat, apud nos male regina appellata. Cum hoc auctor vocem عقل (ingenii, prudentiae) coniunxit significaturus, prudentiam elephanti suadere, ut aliter agat. Voces بيت الشاه locum designat, ubi in pugna rex commoratur. Voces وانت راحل فى النقل vertendae sunt „tu proficisceris in eo, quod figuram id locum alium transfers i. e. dum ludis. Auctor quoque vocem النقل adhibuisse videtur, tum ob homoioteleutum, tum quod significatione voci العقل opposita est conf. p. ٨٠ l. 8. l. 144. l. 1. infr. et p. ٨١ l. 3. 4. Figura, cui apud nos equi nomen in ludo est, فرس appellatur. Verba ما ذا بيت الفرس vertenda sunt» hic locus non est, quem equus occupare debet» i. e. vitium commisisti. Cuilibet autem figurae in strati partibus incedendi modus praescriptus est, quem ludens mutare haud potest. Hoc auctor verbis indicavit ووضع له نوعا من السير لا يتعداه. Elephas, qui in nostro ludo turris locum habet, totum quidem spatium strati percurrere potest; sed ab utroque latere recta semper via incedat necesse est. In libro Hydii legimus, eius motiones semper per obliquum fieri p. 103. Via autem, quâ singulae figurae incedunt, ditionem regni designat, in qua potestatem exercent. Haec auctor verbis صور الرقعة بصورة الممالك . . . . . وجعل لكل قسم جنسا من الرعية indicavit. Voces فى لعبك بالنفس مع الرخ verto: dum animam tuam ludens cum ave Roch exponis». Idem loquendi modus in vita Timuri T. II p. 774 l. 2 sq. occurrit. Auctor vocibus فى لعبك بالنفس indicavit, se non velle ludum ioci causa; sed pugnam in qua elephas occidi possit. Vox الرخ Arabibus avis fabulosa est tanto robore praedita, ut rhinoceronta rapere possit. Simulque vox nomen figurae est, quae elephantis locum in parvo Schahi ludo tenet conf. Hyde de ludis Oriental. p. 58, dum elephas cursoris apud nos locum occupat. Hyde putavit, vocem Roch camelum celerem (Dromedar) designare; sed in nostro loco auctor avem illam animo habuisse videtur conf. Hyde p. 115. 118. 120. 122. 124. Sunt quoque Orientalibus diversa ludi strata, ut maius minusque occurrat, diversusque ludendi modus conf. Vita Timuri T. II p. 877 ed. Mangeri. Vocibus خرجت . . رقعة الوجود الى العدم usus est auctor significaturus, se pugnam ante oculos habere. Voces autem شاه مات in fine ludi victor ad-

hibere solet, si rex in angustiam redactus se movere haud potest et quasi mortuus est. In maiore autem Schahi ludo tres series in utroque latere figuris occupatae sunt, ut figura Roch super elephante in media serie locum habeat conf. Hyde p. 60 sq. De figura Roch eiusque notionibus haec profert Hydius: «Est itaque dromas, qui ab una scaccarii extremitate sine mora sd alteram currere et properare solet (ad instar cursoris) ab uno exercitus cornu ad alterum pervolans, ut ex Generalissimo ducis nutu quid faciendum sit (an scil. progrediendum sit vel receptui canendum) celerrime et quasi eodem momento reliquis nuntium perferat et pulsis suis aheno-tympanis denuntiet». Quae autem vener. Bland in Journal of the royal Asiat. Society T. III. P. 1 p. 66 hippotamum significari adnotavit, minus etiam placet quam Hydii sententia. Maioris ludi tabula in uno latere undecim stationes habet, in quibus figurae dispositae sunt, in altero decem, per quas procedere possunt. Huius tabulae effigies in T. XIII P. 1. Journal of the royal Asiatic Society etc. 1851 expressa est. A modo, quem Hydius delineavit p. 62 differt, nam in latere dextero stationis, quam figura Roch occupat una statio vacua addita est, quam in codice Arabico Vitae Timuri Parisiis quoque inveni. Figurae quoque in lineis utriusque lateris diverso modo dispositae sunt. — lin. 28. Verba قد زلت بای القدم proverbialis loquendi modus sunt, qui sic in Meidanii opere T. I p. 577 زلت به نعله invenitur. — lin. 31. In vocibus اصحاب الفيل etc. locum Corani Sur. 105, 3. 1. respicit, in quo de expeditione Abrahae, principis Abyssinorum in Arabia felici regnantis, qui templum sacrum Meccae destruere volebat, sermo est. Res ipsa pluribus narrata in libro: Essai sur histoire des Arabes avant l'Islamisme T. I p. 268 sqq. invenitur. Voce ابابيل agmina significari dicunt. De voce سجيل autem interpretes dissentiunt.

Pag. 167. lin. 1. Auctor cognomine ابا حرمان «pater frustrationis» ludit. Vox مطالعة, quae in Vita Timuri p. 63 l. 11 ed. Calcut. quoque occurrit, litteras significat. — De vocibus حمية الجاهلية confer p. 109. — lin. 2. Puniendi modus, est hominem elephantibus proiici, ut pedibus conculcetur conf. Vita Timuri T. II p. 52 ed. Mang. — lin. 5. Prunarum arboris Ghadha auctor mentionem fecit, quod huiusce arboris in arenis crescentis lignum carbonibus aptissimum est. Voci الاكلب magis rabidi quam canis significationem tribuendam puto. — lin. 7. Voci المحاطمة frangendi significatio hoc in loco esse debet. — lin. 8. Auctor vocibus النصب والجر ludit, quibus duplex significatio tribui potest, siquidem usu technico grammatices casum accusativum et genitivum designant. — lin. 8. Nec non vocibus معارف ومناكر auctor ludit, quippe in grammatica voces definitas et indefinitas designent, ut duplici modo verti possint. — lin. 10. Voci المطارحة hoc in loco proiiciendi aut repellendi significatio tribuenda videtur. — lin. 13. Vox المخارق quum voci المذاهب opposita sit, hoc loco a verbo خرق «permansit», ut voci المذاهب oppositam significationem habeat, derivanda videtur. Vox autem p. ۱۹۱ l. 18. idem quod مخاريق designare videtur, quae significatio in nostro quoque loco fortasse adhibenda est. — lin. 19. Voce الاصلاب, qua proci, amatores designantur, hoc loco nonnisi eos, qui pugnam amant, auctor significare potest. — lin. 20. Voces من القرانيص والاجلاب mihi obscurae sunt, quippe significationes, quae a lexicographis vocibus tribuantur, haud aptae sint. Fieri potest, ut قرانيص sit pro قرانيس, qua voce primae partes torrentis cum quisquiliis designantur,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000109

aut قرانيص sunt anteriores partes ocreae, quae cum voce اجلاب, qua ii, qui camelos et pecora vendendi causa in alias regiones ducunt, Djeuhario auctore significantur, quibus vocibus inferioris ordinis homines in exercitu designari possunt. — lin. 21. Verba وتلاعب etc. vertenda sunt «et colludebant ante oculos eorum cum interitu eorum». — lin. 26. Voce ارتدموا «occlusi sunt» auctor sine dubio significare vult, eos se loco movere haud potuisse; talis enim significatio voci ob sequentem vocem ارتطموا tribuenda est. Verba وقطع etc. e Corano Sur. 6, 45 desumta sunt. — lin. 29. Verba من بعد ما ظلموا etc. e Corano Sur. 26, 228 sunt. Verba من آذى جاره ورثه الله داره sine dubio Mohammedis sunt traditione nobis conservata. — lin. 30. Verba والله لا يهدى القوم الظالمين e Corano Sur. 2, 260 sunt.

Pag. 168. lin. 2. De vocibus القال والقيل confer p. 127. 155. Verba عاقبة الظلم وخيمة in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. III P. 1 p. 342. — lin. 5. Auctor verbum نشر «expandit» cum voce مايدة coniunxit, quod in strato expanso cibi disponuntur. — lin. 7. Vox العبودية seriore aetate orta est ex nomine actionis عبود, quod in lexicis haud invenitur. Singulari mihi haud probando modo dixit: osculatus est terram servitutis labiis instructionis. — lin. 8. Si vox الاسكان recta est, ei significatio habitaculorum tribuenda est. Magis mihi placerent verba: etc. انه كان فى بعض الازمان وانزه الاماكن سلطار. — lin. 10. In singulis vocibus الاعطاف الفضايل et الاوصاف والشمايل homoioteleutum est. — lin. 11. Eadem res in vocibus وسيمة الفصل وشيمة الفضل locum habet. — lin. 12. Voces بالرافة et الصولة bono homoioteleuto carent, ut auctor aut res omiserit aut ob scribarum negligentiam verba omissa sint. — lin. 14. In vocibus يرعى فى دولته etc. homoioteleutum ita constituendum est, ut vox الغنم cum voce السلم homoioteleutum constituat. Inter haec autem duo sunt homoioteleuta, unum in vocibus ضمانه et امانه, alterum in vocibus الارنب et الحرب. — lin. 16. Versus, quorum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212. 219. A. b. sic vertendi sunt: Hominibus iustitiam suam praefecit et tum ob multum consortium oppositi commixti sunt. Mater accipitris erga filium aquae (anatem) misericors erat, immo frater arundinis (sagitta) sororem cubilis (dorcadem) defendebat. — lin. 19. Vox مقاصف a verbo قصف «saltavit cum clamore», quod seriore tempore adhibitum fuit, derivanda loca, ubi tali modo ludentes saltant, designat. — lin. 20. Vox اجتهاد hoc loco sine dubio studium designat, quod in cultum divinum confertur.

Pag. 169. lin. 5. De vocibus السنة والجماعة confer 55. 65. 144. — lin. 6. يتسير على باكر «ambulaturus tempore matutino». Voces على باكر mihi dictae videntur pro على حال باكر. — lin. 9. صاحب كسرى ذى ايد «socius Cosrois potentissimi». Vox ايد aut singularis esse potest robur aut pluralis vocis يد manus. — lin. 10. De voce الامام confer 64. — lin. 12. Ex loco nostro cognoscimus, hominem deformem quoque, si cui occurreret, malo omini fuisse. — lin. 13. Voces تعوذ etc. vertendae sunt: «Et ad Deum confugit a conspectu eius». — lin. 15. De vocibus عمرو وزيد confer 9. 34. 59. 134. 157. Vox كساء, quae

proprie omne vestimentum, quo corpus tegitur, designat, seriore tempore pallii significationem accepit. Haec significatio hoc loco voci ob verbum التفّ «involutus fuit» tribuenda est. Inde autem sequitur, hanc significationem non solum in Africa Hispaniaque usitatam, ut cl. Dozyus putavit, verum etiam in Aegypto cognitam fuisse. — lin. 16. Auctor vocibus كسرا et كسرى ludit «Ostendit fracturam (corporis) et vocavit Cosroem. — lin. 17. Verba ملك رقاب الامم ad morem spectant quo rex subditos vitâ privare poterat capite amputato. Antiquo tempore rex, ni fallor, in cervice hominis pedem ponere solebat indicaturus, alterum ei subiectum esse. — lin. 20. De vocibus يا ملكا ذا ايد confer de Sacy Gram. Ar. T. II p. 568 ed. alt. — lin. 24. Vox مصاب homoioteleuti causa pro مصابا est aut loco vocis احد legendum est احدا. — lin. 28. Vox بدايع pluralis vocis بديعة res novas, admiratione dignas designat. — lin. 30. Vox صانع est pro صانعى. Versuum metrum Thawil est Darstell. p. 162 B.

Pag. 170. lin. 1. Metrum Thawil est. p. 162. Voces لو انى metri causa lawenni ∪ — — enunciandae sunt. Vox السما (Assema) metri causa pro السماء (Assemäi) est. — lin. 7. Voces يتعلق بغرز ركابه ويلازم خدمة بابه ad morem spectant, quo clientes patronum publice prodeuntem comitabantur ad latus equi incedentes et, si domi erat, ad portam stabant. — lin. 10. Verba يضرب اخماسا لاسداس «ostendebat aquationes, quae quinto die fiunt propter aquationes sexto die» a proverbio, quod Meid. T. II p. 3 legitur, derivata sunt. A camelo, quem vir iter longum susceperus ad sitim ferendam adsuescit, desumtum est, dum a quinque diebus incipit et ad sex dierum spatium pergit. Virum unam ostendisse; sed aliam rem voluisse, proverbium significat. — lin. 14. Proverbium est ما يعرف هرا من بر «discernere non potest vocationem ovium a propulsione», quo virum stupidissimum esse significant Meid. T. II p. 605. Vox ساذج ex Persico ساده orta virum ingenii simplicis designare videtur. — lin. 15. Proverbiali modo dicitur: الحمق فى الطويل قصير الراس «Stupiditas in longo est, cuius caput parvum» Meidan. T. III P. 1 p. 116. — lin. 16. Huic similis proverbialis loquendi modus invenitur Meidan. T. III P. 1 p. 390 sq. — lin. 17. Voces سليم الفطرة «integer naturae» bonum simplicemque designare videntur. — lin. 18. Simili modo dicitur: ان البلاء موكل بالمنطق „Calamitati commissus est sermo“ et Ahlius dixisse fertur: بلاء الانسان من اللسان. „Hominis infortunium a lingua oritur“ conf. Meid. T. I p. 19. — lin. 22. Voces ابن تلك viri cognomen non esse videntur; sed auctor vocibus „filius illius“ nil aliud voluisse videtur, nisi eum, cuius antea mentionem fecerat. — lin. 24. Versuum metrum Thawil est. conf. Darstell. p. 163 C. — lin. 26. Litterae لام, فاء et ظا efficiunt vocem لفظ (vox). — lin. 30. وقطعت سرته على هذا الغذا „Umbilicus ejus resectus fuit, dum hoc cibo nutritus erat“. Auctor significare vult, eum a primo vitae tempore tali cibo adsuefactum fuisse; infantibus enim recens natis umbilicus resecatur.

Pag. 171. lin. 1. In verbis وتجذب شهوتها اليها ناصيتها „et trahant cupiditates eius (animae) ad eam (naturam) capronas eius (animae)“ auctor animam cum persona compa-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000111

ravit, cuius cupiditates tam magnae sunt, ut eis resisti non possit. Verba فطرة etc. e Corano Sur. 30, 29 sunt. — lin. 5. In verbis تخل فى هذا الامر الجليل فكره الدقيق auctor ludit. Vox الدقيق cum voce فكره tanquam adiectivum, ut voci الجليل opposita sit, coniuncta esse potest, ut verbi تخل subiectum camelus sit. Vertendum est: et cribravit in hac re magna cogitationem suam parvam. Aut vox الدقيق substantivum est cum farinae significatione, ut فكره verbi subiectum sit et vertatur: Et cribravit cogitatio eius in hac re magna farinam. — lin. 6. De vocibus واجال قداح فكره confer p. ١٣٣ p. ١٥٢ operis nostri. — lin. 8. Verba وتعطى القوس باريها e proverbio; اعط القوس باريها „da arcum dolanti! „desumta sunt, quod in Meidanii opere T. II p. 98. legitur significans, rerum cognitione imbutos auxilio adhibendos esse. In nostro vero loco verba significant, rem ad initium aut auctorem suum redire. — lin. 11. Verbis لون الماء لون انايه inter proverbia recentiora locum dedi conf. Meid. T. III, 481.; sed verba الناس etc. inter proverbia recentiora a Meidanio collecta sunt ib. T. II p. 798. — lin. 13. Versus duo, quorum metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162 B. in Haririi opere p. ٧٣ ed. de Sacy leguntur. — lin. 22. كالمتوجه الى الحجاز „ut is qui in regionem Hidjas proficiscitur“. Auctor iter vult, quod Mohammedani ad templum sacrum Meccae in regione Hidjas sitae faciunt. Ad tale iter summa cum cura et festinatione, ne tempus praescriptum elabatur, se praeparant. — lin. 24. قد هدات طعامها „ab igne, ne amplius bulliret, cibum deposuerat“. — lin. 25. Verba فصادفت يدها والحصير „Et invenit manum suam et stoream“ significare videntur, feminam, quum cibum in storea dispositum quaereret, nil praeter manum suam et stoream invenisse. — lin. 29. Vox نادى homoioteleuti causa pro ناد est.

Pag. 172. lin. 4. Vox ولى duplici modo verti potest aut «et mihi» aut amicus. Vox enim» ولى hominem designat, cui Deus propitius est, ut in eum is optime quadret, qui somnium alius novit idque interpretari potest. Vox نقير ad rem minimam et nullius pretii significandam proverbialiter adhibetur conf. Meidan. 24, 126. — lin. 5. Verba تعرف العين العين «Oculus oculum novit» inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1 p. 372. — lin. 11. In verbis ثم فصصت عن تعبيره مسك الختام «Tum ruperim, ut eius interpretandi modus appareat, muscum terrae sigillatae», quae significant, eum interpretandi modum, qui sigillo clausus sit. indicaturum esse. Auctor muscum terrae dixit, quod terram sigillatam boni odoris causa musco imbuerent. Quod autem serpens tam somnium quam somnii interpretandi modum docet, cum Arabum opinione cohaerere videtur, daemonum partem serpentes esse. Boni autem vatis erat, somnium ipsi ignotum interpretari. Hoc potuisse Satihus narratur conf. Memoires de l'Academie T. XLVIII p. 78. — lin 23. Vox الثان pro الثانى homoioteleuti causa est. — lin. 26. Vox ومر duplicem hoc loco offert significationem aut et transiit aut et amarum fuit.

Pag. 173. lin. 25. قران النحسين „Coniunctio duarum planetarum infaustarum, nempe Martis et Saturni ex sententia astrologorum efficiunt, ut tempus infelicissimum sit. —

lin. 27. Proverbii verba sunt: الناس بزمانهم اشبه منهم بابايهم «homines tempori suo similiores sunt, quam patribus suis» Meid. T. II p. 798. — lin. 28. De vocibus واستقام الطالع confer p. 11. 98. 137. 144. — lin. 29. Signum homoioteleuti post vocem فيه delendum est, ut homoioteleutum in voce به et تقلبه sit vel potius vox ipsa, quae autem omnes codices habent, delenda est, ut homoioteleutum inter voces مالك et لك constituatur. — lin. 31. Loquendi modus يوقع بين الاصحاب والاخوان «Discordiam inter socios fratresque excitavit» e Corani verbis Sur. 5, 93. انما يريد الشيطان ان يوقع بينكم العداوة «Satanas nil aliud vult, nisi ut inter vos inimicitiam coniiciat» derivandus est, ut obiectum omissum sit.

Pag. 174. lin. 2. Verba من انذر فقد اعذر ومن بصر فما قصر inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1. p. 507. — lin. 5. Voci خاتلة fraudis, doli significatio tribuenda est. — lin. 12. Verbum تسبب, quod proprie mercaturam facere est, hoc loco semper occupatum esse re, significat. — lin. 14. Metrum Redjes est conf. Darstell. p. 224 C. Plantarum صبر (myrrhae) et مقر (aloe) amaritudo in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. T. II p. 713. 718. Difficile saepius dictu est, quale discrimen inter plantas aut res sit, quum Arabum lexicographi haud accurate describant. — lin. 17. Proverbialis est loquendi modus: انه ليحرق علىّ الارم „multum contra me dentes molares fricat“ Meid. T. I p. 54. — lin. 22. De vocibus بعد ما زلت معه القدم confer p. 166. l. 28. — lin. 29. Vox الصوفى eum designat, qui Soforum sectae addictus est, de qua scripsit cl. Tholukus librum inscriptum: Sofismus sive Theosophia Persarum Pantheistica Berolini 1821. et Notices et extraits des manuscr. T. XII p. 289 sqq. Cur ابن الوقت cognominatus sit, haud liquet. Doctrina Suforum apud Persas sine dubio ante Mohammedem erat; sed nomen ante saeculum secundum apud Mohammedanos ortum videtur conf. Notices et extr. T. XII p. 402. Verbis لا يتقيد بنكد ولا مقت auctor id indicare videtur, quod, qui doctrinae Soforum addicti essent, animi motibus opressis intimam cum Deo coniunctionem sibi peterent. — lin. 30. Verba التفويض والتسليم significant, hominem in rebus adversis remedia non ex se petere; sed se totum Dei voluntati tradere, contra quam homo nil valeat.

Pag. 175. lin. 2. Vox الانقطاع est conditio, qua homo rebus omnibus relictis Deo soli se tradit. — lin. 7. Verba واحصر فى ديوانين „Et numeratus fuit in duobus codicibus sc. duobus magnis malis“. Miles aut alius in codice inscribi solet, ut ei numerus detur. Hic vero vir in duobus codicibus inscriptus duplicem numerum habebat. Codices autem duo maxima mala appellat, nam voces داهية دهية ut داهية دهياء maximum malum designare videntur. — lin. 22. Versus metrum Wafir est conf. Darstell. p. 204 A. — lin. 25. In verbis جدعت انفى بكفى proverbium auctor respicere videtur: لامر ما جدع قصير انفه „Ob quandam rem Kazirus nasum suum amputavit conf. Meid. T. II p. 450. In verbis وبحثت كالباحث عن المدية عن حتفى بظلفى proverbium „Ut cultrum quaerens“ auctor respicere videtur. Narrant enim, quum vir praedà potitus cultrum non haberet, quo praedam mactaret, animal ungulis terram effodisse et cultrum e terra eruisse, quo ille in mactando uteretur

conf. Meid. T. II p. 359. — lin. 26. ملك الموت Angelus mortis عزرائل appellatus est, qui hominis animam eripit p. 23. — lin. 27. Verba والله لا يحب المفسدين e Corano Sur. 5, 69 desumta sunt.

Pag. 176. lin. 5. De vocibus اخلص فى القول والعمل confer p. 1. 7. 31. 43. etc. — lin. 15. اسد الشرى Leo Alscharae. Alschara nomen regionis in monte Salma (ditionis gentis Thai) est. quae leonibus abundat. Verba تخبير المشترى «Narratione eius quod vendendum aut emendum est» quae proverbialem loquendi modum redolent, rem accurato et completo modo narratam et expositam esse indicant. Iterum occurrunt p. 178 l. 22. — lin. 18. Quum auctor voce حرم usus sit, qua Meccae sacra ditio significatur, non dubito, quin voce صفا (puritas) montem Zafa, inter quem et Marwam peregrinantes in caeremoniis currebant, respexerit. — lin. 25. Pro بذل عنفى legendum puto بدل عنفى. — lin. 29. Verba من غشنا فليس منا «Qui nos decipit, e nostratibus non est» Mohammedis sunt traditione ad nos delata. Verba autem اللهم ابلغه افضل التحيات عنا «Deus! a nobis optimam salutem ad eum perfer!» salutem, qua Mohammedes a suis honoratur, continent.

Pag. 177. lin. 4. Verbo واذا اردنا etc. e Corano Sur. 17, 17 sumta sunt. — lin. 20. Verba انما يخشى etc. e Corano sunt. Sur. 35, 25. — lin. 21. Verba انا اعرفكم بالله واخشاكم لله sunt traditione nobis conservata. — lin. 23. Verba ان الانسان ليَطْغَى أَنْ رآه اسْتَغْنَى «Homo in impietate ad summum pervenit, quod se ipsum ditescere scit» in Corano Sur. 96 v. 6. 7 sunt. — lin. 24. Stupiditas longi in proverbii consuetudinem venit Meid. T. III P. 1 p. 116 et conf. hoc opus p. 170 l. 11.

Pag. 178. lin. 1. Vox وظيفة hoc loco idem quod وظيف «pars tarsi tenuior» designat. — lin. 2. Verbis اصلها واصلاها «eius radix et duae radices» auctor significare vult, in urso totam rei causam quaerendam esse. — lin. 3. Verba انه اذا نقل etc. sic vertenda puto: «Quod si quis, qui stultus declaratur, prudentem, qui initio pulchre egit, male egisse narrat, haud recte dixisse putatur». — lin. 12. In singulis vocibus شب غصا جمرة et قصا غمرة صب homoioteleutum est. Verba autem sunt dicta pro من جمرة غصا شب et غمرة قصا صب, dum verba شب et صب cum vocibus غصا et قصا coniuncta sunt. Voces auctor sine dubio transposuit, ut in singulis homoioteleutum constitueretur. Arboris غصا autem auctor mentionem fecit, quod huius arboris lignum carbonibus aptissimum est conf. p. 167. — lin. 17. Verba ولا يكلف الله نفسا الا وسعها in Corano Sur. 2, 286 sunt. — lin. 21. Quum talpa parvos oculos habeat, ut difficile conspiciantur, caecus putabatur. — lin. 22. De vocibus بتخبير المشترى confer p. 176. — lin. 24. Auctor in vocibus صولجان et كرة ludum, in quo ope ligni capite adunco praediti equitantes pilam abripiebant, respicit p. 7. Linguam auctor cum illo ligno et sermonem cum pila comparavit. — lin. 32 sq. Sic vertendum esse puto: «Nonne satis habetur, quod vitium tuum occultare et ignem tuum exstinguere volui et quidem cogitans, quomodo rem tuam repararem; tum flammam seductionis tuae delere et favillam mali

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000114

tui exstinguere et quidem ita, ut divinae voluntati me submitterem et ubi magna crimina et rem magnam verbis protuli etc.

Pag. 179. lin. 1. Vox ومفتكر cohaerere videtur, cum vocibus اما كفى انى «Nonne satis est, quod ego cogito. . . . . Verba وعلى تقدير التسليم verto: Et quum ita res se habeat, ut Dei voluntati me subiiciam et quomodo . . . . . — lin. 32. Verbis ما وقع بين صادق دمشق وفاسق بغداد auctor rem quandam gestam sine dubio respicit. Quem librum, auctor ante oculos habuerit, pro certo affirmare haud ausus sim; sed fortasse est liber auctoris, cuius in praefatione p. XXXI sub titulo خطاب الاهاب الناقب وجواب الشهاب الثاقب „Allocutio corii lacerati et responsio stellae fulgentis“ mentio facta est; nam vir, quem corium laceratum appellat, Bagdadensis esse potest, dum alter, quem stellam fulgentem appellat, Damasci erat.

Pag. 180. lin. 9. Dactylus et pruna in proverbio oppositi sunt: لو قلت تمرة قال جمرة „Si dixissem: dactylus; dixisset: pruna. Meid. T. II p. 475. — lin. 22. Verba افضل الجهاد etc. inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1 p. 302. — lin. 17. Versuum metrum Camil est conf. Darstell. p. 212 A. a. — lin. 23. Primum putaveram, verbis ناصر دين الاسلام virum in historia celebrem ab auctore respici; sed neminem inveni, in quem ista verba quadrarent.

Pag. 181. lin. 3 Versus metrum Thawil est conf. Darstell. p. 162. A. — lin. 5. Verba جدع الحلال انف الغيرة Mohammedis sunt, quae nocte, qua Fathima, Mohammedis filia, Ahlio nupta esset, dixisse fertur. In proverbii consuetudinem venerunt Meid. T. I p. 288. — lin 7. Vox الجوار homoioteleuti causa pro الجوارى est. — lin. 15. Vox اللبال homoioteleuti causa pro اللبالى est. — lin. 16. In verbis واستعمل etc. auctor a gladio comparandi modum desumsit. — lin. 19. Metrum Thawil est ibid. p. 162 B. — lin. 21. In verbis غصن بان متمرا قمرا infantem cum ramo tenero arboris Ban, cuius caput lunae plenae similis est tanquam fructus istius arboris, contulit. Voce بان hoc loco Salix Aegyptiaca designatur. De nomine autem, quod duabus arboribus datur, doctissime disputavit M. Garcin in libro: Les Oiseaux et les fleurs p. 142 sqq. conf. p. 22. — lin. 24. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 26. Versus sic vertendus est: Iecit sagittis limis adspectus sui cor (sanguinem cordis) macie adflicti (i. e. amore capti) et tum dormivit (amore captus), dum erat aegrotus et ob eum ebrius (Amor, quo alter captus est, cum morbo et ebrietate comparatus est). — lin. 29. Ahdijj b. Alrikah proprie Ahdijj b. Said b. Malec b. Ahdijj b. Alrikah poeta erat, qui gentem Omajjadarum carminibus celebrabat. Damasci habitans ab Alwalido b. Ahbd-Almalec (imperium anno 86 obtinuit, anno 96 diem obiit) praecipue honoratus erat. Ab Ebn-Salamo secundae classi poetarum Islami adnumeratus est. — lin. 30. Versus, cuius metrum Camil est ib. p. 212 A. a. sic vertendus est: Propellebat per nares vociferantem (dorcadem), quasi extremitas acuminata cornu eius esset calamus, qui ex atra-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000115

mentario atramentum acceperat „Cornu tenue dorcadis ob flavum colorem in cuspide autem nigrum cum calamo scriptorio comparatum est.

Pag. 182. lin. 1. Auctor verbis كبد القوس (medium arcus) et كبدها (iecur eius) ludit. — lin. 17. Vox يسرى, quam auctor tum ob homoioteleutum quam ob eandem litterarum formam in voce بشرى adhibuit, hoc loco felicitatem significet, necesse est. — lin. 19. Versuum metrum Camil est ibid. p. 212 A. b. — lin. 21. Loquendi modus بساط السرور (stratum laetitiae) ab epulis, quae laetitiae causa instruuntur, desumtus est. — lin. 22. Versuum metrum Camil est ibid. p. 216 C. c. — lin. 26. لتحذى على هذا المثال „ut in hunc modum calceum seces“ i. e. ut hunc agendi modum imiteris. — lin. 29. In singulis vocibus ما ادق ما نظرت واحق ما اشرت homoioteleutum est. — lin. 30. Vox النقل in Schahi ludo adhibetur confer p. 166. Verba من انا فى الرقعة „Quis ego sum in strato ludi Schahi“ i. e. quam vilis ego sum! — lin. 31. Verba لا انا فى العير ولا فى النفير in proverbii consuetudinem venerunt et significant, virum dignitate carere conf. Meid. 24, 321.

Pag. 183. lin. 1. Vox القويسقة deminutivum adiectivi فاسقة est. — lin. 2. Mandatum Mohammedis, quo glires tam in regione sacra Meccae quam alibi occidi poterant, sine dubio inter ea est, quae traditione conservata sunt. Rei autem mentio facta est in Kaswini Kosmogr. T. I P. 2 p. ۴۴۰. — lin. 4. Verba ورحم الله امرأ عرف قدره sine dubio sunt verba a Mohammede aut alio quodam viro celebri prolata conf. Meid. T. III p. 612. 619. 631 sq. Est autem proverbialis loquendi modus post Mohammedis tempus adhibitus ib. p. 191. — lin. 5. Verba ان يجنى etc. a proverbio انك لا تجنى من الشوك العنب derivata sunt Meid. T. I p. 79. — lin. 6. Verba ان السلطان للانام etc. inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1. p. 233. Morem in balneis apud Orientales usitatum auctor respexit. Modus enim, quo membra eorum, qui balneo utuntur, fricantur, dolores efficit. — lin. 10. Voces نكرة et معرفة grammaticae propriae et technicae sunt, quarum prior vocem articulo aut alio modo haud definitam, posterior definitam designat. — lin. 12. De vocibus المعقول et المنقول confer. 18. 23. — lin. 16. Vox والطالع homoioteleuti causa a voce الصالح, quacum sensus ratione habita coniungenda est, separata est. — lin. 21. Verba لا ينتطح فى ذلك عنزان proverbialis loquendi modus sunt, quo neminem de re sollicitum esse, significant Meid. T. II p. 329. — lin. 23. In verbis واثنى usque ad السراج المنير auctor fingit, leonem in orationis initio oratores Mohammedanorum imitatum esse. — lin. 28. Verbis transpositis عدم وجوده بوجود عدمه auctor ludit. — lin. 31. Locus ان الذ ين يرمون in Corano Sur. 24, 23 legitur.

Pag. 184. lin. 3. In vocibus يُشَهَّر et يضرب puniendi modos illo tempore usitatos auctor respicit. Ob calumnias puniendus flagris caedebatur conf. Abulf. Ann. T. I, 420. Puniendus per vicos quoque circumducebatur conf. Ebn-Challik Nro. 709 p. 47 ed. Wustenf. Auctor ludit quoque vocibus المعروف et المنكر. — lin. 4. Loco verborum الغايب لحاضر malim legere الغايب ولحاضر. Vox محاضر seriore tempore litteras, in quarum margine testium nomina

scripta sunt, significat. — lin. 8. Verba واتفقت الكلمة من الكلمة „et consensit sermo vulnerantium“, dum voce الكلمة, qua auctor ludit, animalia rapacia significari puto. — lin. 12. Pro voce عذمر, quae in multis codicibus invenitur, potius غذمر legendum est, quippe quae leonem iratum vociferasse significet. — lin. 16 et 17. Auctor sono verborum simili ludit. — lin. 22. Versuum metrum Thawil est Darst. p. 162 B. — lin. 25. Verba وهذا اخر et sequentia auctoris non esse videntur.

Pag. 185. lin. 1. Auctor vocibus كاس „vestitus“ et كاس“ poculum ludit. — lin. 2. Auctor vocem اس cum triplici significàtione 1) myrtus 2) medicus 3) constristans adhibuit et vocibus اذكى, ازكى, et انكى adhibitis effecit, ut duplex homoioteleutum esset. — lin. 3. Vocibus استعبد در النسيب „in servitutem redegit uniones carminum“ auctor dicere vult, sermonem tam pulchrum esse, ut pulcherrima carmina cum eo comparari haud possint. — lin. 4. Voci الانس cum voce النشاط coniunctae hoc loco similis significatio sit, necesse est. — lin. 5. Auctor in vocibus دار ضرب (officina monetae), سكة دينار, النقوش artem, qua monetae cuduntur, respicit, dum sermonem cum ista arte comparat vocibus البلاغة et الفصاحة utens, ut perfectum esse sermonem, significet. — lin. 5. Auctor vocem قعد sine dubio adhibuit, quod easdem litteras; sed diverso ordine quam vox عقد, quae sequitur, habet. — lin. 6. Iustitiam personam esse fingit in regio palatio coronâ in capite ornatam. Corona autem gemmis (sermonis) in funiculo coniunctis ab isto auctore confecta erat. — lin. 8. Singulae voces نديم الدير وعديم الصبر وقديم المير ومديم الخمر homoioteleuto gaudent. — lin. 11. De regione Adserbidjan confer Abulfed. Geogr. p. ٣٨٩. Auctor autem hanc provinciam elegit, quod montibus abundat. In singulis vocibus phrasium يسامى السماك فى السمو ويعالى الافلاك فى العلو homoioteleutum est. Voce السماك hoc loco spicae stella significatur, de qua conferas Ideleri librum: Untersuchungen über die Sternnamen p. 172. — lin. 13. Posterius hemistichium sic vertendum est: „Quasi colles Ridhwani eam vestivissent vestibus striatis“. Colles Ridhwani paradisum designant, quippe Ridhwan paradisi custos dicatur. conf. p. ١٨ textus Arab. — lin. 15. Vox النجدى est nomen maris perdicis, vox الغرغرة nomen feminae perdicis. Cur autem hanc filiam Alsahdii appellaverit, pro certo dicere non possum; sed videtur السعدى cognomen perdicis esse, ut sit „filia perdicis“. — lin. 16. De monte Alkarin appellato nil habeo, quod dicam. — lin. 17. Lunam cum viro comparat, qui rem altam conspecturus oculos attollit, ut pileus a capite decidat. Non dubium mihi videtur, quin auctor lunae talem pileum longum طرطور appellatum, de quo pluribus docte disputatum est in libro: Dictionnaire detaillé des noms des vetements chez les Arabes p. 266 sqq., dederit, quod tales pilei a capite facile decidunt, nam si quis in pede montis alti stans cacumen conspicere vult, caput retro vertat et oculos in altum dirigat, necesse est. In tali autem capitis statu pileus facile decidere potest. conf. quoque hoc opus p. ١١٤ l. 10. — lin. 18. Vox العال homoioteleuti causa pro العالى est. — lin. 19. Voci فرق, quam pluralem vocis فرقة puto, eadem significatio quam voci مفارق (vertices capitis) tribuenda videtur. — lin. 22. ربوة مهودها collem, quem pullis molles res subternentes paraverant. De voce طراشة confer lexicon meum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000117

Pag. 186. lin. 5. Auctor vocem نشر adhibuisse videtur, quae duplicem significationem vivificandi et expandendi significationem habet, ut voci طوى significatione contraria expandendi respondeat. — lin. 10. Versum, cuius metrum Thawil est conf. Darstell. p. 163 C. sic verto: „Perducit eas (opes), dum sunt vituperatae, ad eum, qui non laudat; hic autem eas edit tanquam rem superfluam, dum tu sepultus es“. — lin. 11. Auctor ludit tribus vocibus عقاب. Locus sic vertendus est: Et nobis potentia non est, qua exercitum aquilae repellimus et non est remedium, quo a poena huius collis liberemur. — lin. 16. Versus metrum Ramal est mutato pede postremo — ∪ — in ∪ ∪ — conf. Darstell. p. 238 A. c. et 241. — lin. 17. Verba وذاك لان المرء يحيى بلا يد ورجل ولا نلقاه يحيى بلا كَبِدْ versus metri Thawil sunt. ib. p. 162. — lin. 20. Versus metrum Basith est conf. Darstell. p. 190 A. a. — lin. 21. Verba فاندبى حمامة يا بك ما مثل فى hemistichium metri Camil sunt. — lin. 22. Versus metri Wafir sunt ib. p. 204. A. — lin. 23. Verba واعلم ان etc. sic verto: Scias, sagittas consiliorum hominum ingenio praeditorum et sagittas Arabicas cogitationum sapientum, qui res accurate considerant, nonnisi ex uno arcu prodire et ad scopum eiusdem rationis volare. Ingenio praediti sapientesque experientia ornati dixerunt, immo ingenio praediti et principes religionis iique, qui principia religionis optime norunt, in eo consenserunt, quod iudicia ab ingenio prolata omnia vera sint, ita ut linguae eorum (iudiciorum) rectum pronuntient. Nihilominus tamen fieri dixerunt, ut iudicia ingenii ob falsam cogitandi rationem iudiciis opinione nitentibus similia sint. Haec autem est causa, cur in errorem ex opinione ortum intelligentia inducatur. Ille autem (erroris) sagitta ingenio adscribitur; nam si res aliter se habet, quomodo ingenio praediti ad unum omnes in eo consentire potuerunt, quod iudicia ab ingenio prolata nunquam errori obnoxia sint. Iudicia autem, quae sensibus nituntur, propterea quod res ambiguae et dubiae sunt, pro veris habentur, ut modo pro iis modo contra ea secundum veritatem decernatur. Quod si vero in iudiciis, quae sensibus nituntur et iudiciis, quae sensu visus oculis offeruntur, sicuti in rebus mulieris ingeniosae Bagdadi factum est, error oritur, propterea quod dubitatio iniicitur et rei contemplatio negligitur animique adtentio deest; multo magis in iudiciis, quae ingenio nituntur ob falsam opinionem, error oriri potest, quod eorum (iudiciorum) rationes magis latent et de interna conditione iudicandum est.

Pag. 187. lin. 1. Verba مدينة السلام cognomen sunt, urbi Bagdad, quae Bagdan quoque appellatur datum. — lin. 3. Versus metrum Thawil est Darst. p. 163 C. — lin. 6. Vox شاش (conf. p. 70.), quae in lexico meo neglecta est, panni speciem designat, quo caput obvolventes tiaram formabant conf. Dictionnaire détaillé des noms des vetements chez les Arabes p. 235 Abulf. Annal. T. IV p. 336. — lin. 9. Vocem طقيسى conclavis parvi aut loci talis nomen esse e phrasis sensu apparet. In id adscensum esse a tecto, auctor addit; sed vocis sensus accuratius definiri non potest, quum lexica taceant. — lin. 10. De vocis الانجاف significatione dubium exstare potest, quippe in lexicis pluralis forma adnotata non sit. Voci نجاف aut inferioris liminis aut superioris liminis aut denique serae significatio

tribuitur, ut et ipsi lexicographi dubitaverint. Inde aut liminum portae aut serarum significatio voci danda est. — lin. 12. Quum de cibo sermo sit, legendi modus الدجاج (gallinae), qui in codicibus A. C. invenitur, praeferendus videtur. — lin. 13. Vox الكريسى videtur deminutivum vocis الكرسى (sella, sedes) i. e. domina parvae sellae. — lin. 21. Verbum تمسخر (ludibrio habitus est) sine dubio a voce مسخرة derivatum est, quae a radice سخر originem duxit conf. p. 31. — lin. 27. Auctor vocibus وانحلت etc. ludit, nam vox قوة tam roborem quam funis partem designat. In terrore autem membrorum nexus soluti videntur simulque membra vincta, dum homo se movere haud potest. — lin. 29. Praefero legendi modum زيدا in uno codice, quum vox زيد nominibus propriis haud accenseatur, quibus nonnisi duo casus sunt. — lin. 30. „Et cum sene prudentiae eius filia uvarum (vinum) luserat. Auctor vocibus شيخ „senex“ et بنت „filia“ ludit.

Pag. 188. lin. 3. „Verba: et timuit, ne eius res e circulo obscuritatis prodiret ad verba: si fuisset et utinam“! indicant, rem non amplius occultam futuram esse; sed eo perductam iri, ut femina optet statum alium. — lin. 4. Auctor vocibus تلاقى التلاف ludit. — lin 16. Cum codice A. ولكمه legendum puto; quippe sic voces sequentibus سبه وشتمه magis conveniant. — lin. 18. „Effecisti, ut maritus tuus duobus cornibus instructus esset vel Alexander esset; nam ذو القرنيين Alexandri cognomen putatur. — lin. 26. Vox زبنى singularis vocis زبانية putatur, quae vox in Corano Sur. 96, 18 obvia angelos significare dicitur, qui peccatores in ignem infernum protahunt. — lin. 20. „Fac videamus miracula“. Si vir probus Deum advocans efficiebat, ut res extra ordinem et miraculosae fierent, res كرامات appellabantur. — lin. 29. Vox بشيعة sine dubio eandem austeri significationem, quam vox بشعة habet. Et sic quoque in uno codice legitur.

Pag. 189. lin. 6. Auctorem non pudet, adhibita voce امام ad sacros ritus Meccam peregrinantium respicere. In vocibus autem قواعد النحو الرفع والجر والانتصاب grammaticam respicit, ut duplex vocibus significatio tribuatur. — lin. 7. Voces ورفع العمودين etc. duplicem sensum offerunt, quorum unus ad sacros ritus peregrinantium spectat: Duas columnas tollens eum in locum templi, ubi antistes consistit, intromisit. Non autem cessavit hic praeses in templo sacro se ultro citroque movere et iam in sacro (et gynaeceo) securitatem acceperat, donec lapides iecisset et in falle Muna commoratus esset“. — lin. 8. Voces وخلى الدار تنعى من بناها „Et domum evacuavit, quae aedificatorem suum mortuum esse annuntiabat“ hemistichium metri Wafir ∪ — — — | ∪ — — — | ∪ — — sunt. — lin. 16. Vocem الشموط omnes codices uno excepto habent. Verbum شمط commiscendi, implendi aliasque significationes habet; sed nomen actionis huius formae a lexicograhis adnotatum non est. Qui commiscendi significationem hoc loco admittit, ei de miscendis medicamentis cogitandum videtur. Ne autem unius codicis legendi modum السموط (fila) praeferamus, vox هذا vetat, quippe هذه السموط dicatur, necesse sit. — lin. 19. Metrum versuum Camil est conf. Darst.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000119

p. 212 A. b. — lin. 21. Inter proverbia recentiora legitur: عدو عاقل خير من صديق جاهل „Inimicus prudens melior est quam amicus ignorans“ conf. Meid. T. III P. 1 p. 325. — lin. 23. Verbis Mohammedis traditione nobis conservatis consentanea sunt, quae inter proverbia recentiora leguntur: لو لا حب الوطن لكان خرب البلد السوء „Si amor patriae non esset, terra prava desolata esset. Meid. T. III P. 1. p. 88. — lin. 30. Voci المريد significatio volentis; sed quoque discipuli Deo devoti est. Hanc posteriorem significationem auctor animo habuit.

Pag. 190. lin. 11. Voces الطامة الكبرى e Corano desumtae (Sur. 79, 34) extremi iudicii diem significantes nostro loco, ut summa calamitas indicaretur, adhibitae sunt conf. p. 67. — lin. 13. ركب فى ذلك كل صعب وذلول „Vectus est hac in re omni difficili et commodo (camelo)“ i. e. tam difficilia quam facilia peregit. Est autem proverbialis loquendi modus يركب الصعب من لا ذلول له „Vehitur camelo indomito is, cui domitus non est“ i. e. Qui rem desideratam sine molestiis assequi non potest, is molestias suscipit. — lin. 17. Versuum metrum Thawil est conf. Darstell. p 162 A. — lin. 20. Verba انما اموالكم واولادكم فتنة e Corano desumta, sunt, ubi Sur. 8, 28 legitur: وٱعلموا أنّما اموالكم واولادكم فتنة — lin. 23. Vox عارية rem mutuo acceptam designat. — lin. 24. Verba انما الحيوة etc. e Corano sunt, ubi Sur. 57, 19 legitur ٱعلموا أنّما الحيوة etc. In codice uno legitur فى الاموال ut in Corani loco. — lin. 30. Vox الرغبوت sine dubio seriore tempore orta a verbo رغب (probo animo preces fecit) nomen derivatum est. — lin. 32. Versus metrum Thawil est p. 163 C.

Pag. 191. lin. 2. Verba المال والبنون زينة الحيوة الدنيا in Corano Sur. 18, 44 leguntur. — lin. 4 Verba فالباقيات الصالحات خير عند ربك ثوابا وخير املا e Corano Sur. 19, 79 sunt; sed auctor homoioteleuti causa duo postrema in Corano verba خير مَرَدًّا mutavit. — lin. 5. Voces العذاب الاليم in Corano saepissime occurrunt. — lin. 6. Verba يوم لا ينفع مال ولا بنون etc. in Corano Sur. 26, 88. 89 leguntur. — lin. 11. Versuum metrum Basith est conf. Darst. p. 190 A. a. — lin. 16. Vox خوارق res designat, quae extra ordinem naturae proveniunt conf. Chrestom. meam gram. hist. p. ١٩٣. Singulis autem vocibus homoioteleutum est. Verba المتطورة فى انواع اطوار verto: „adductae sunt diversis vicium modis“. — lin. 17. Verbis: „Et orbi coelesti gyrum agenti in scientia gyrorum sunt quidam parvi ludi nondum cogniti (virgines intactae), quos observantibus producit. Illi autem quum cum cogitationibus ludant, oculi prudentiae in splendore fulguris gladiorum ligneorum evanescunt et in motibus eorum consilium rectum errat etc. auctor dicere vult, orbem coelestem, e cuius motu res evenientes pendeant, interdum a consueto motus modo aberrare, ut, qui res evenientes praevidere consueverint, in errorem ducantur. — lin. 25. Versuum metrum Basith est ib. p. 190 A. b. Voces اوجب النارا in versu posteriore ad morem spectant, ex quo Arabes hostis adventum igne in monte accenso indicare solebant conf. Rasmussen Addit. p. vo text. — lin. 30. Versus metrum Sarih est Darstell. p. 243 A. b.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000120

Pag. 192. lin. 1. 2. Duo priores versus metri modum sequuntur, qui دو بيت appellatus est conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst. p. 441 sqq. Enuncies هٰذِهْ. — lin. 3. Versus metrum Basith est ib. p. 190 A. a. — lin. 10. Versus metrum Wafir est ib. p. 203 A. — lin. 11. Verba تعاطى الاسباب لا يقدح فى الاتكال «Arripere funes non vituperat fiduciam, quam quis in Deo ponit i. e. Si quis cautionem adhibet et remedia contra calamitates quaerit, tamen in Deo fiduciam ponere potest; nam una agendi ratio alteri contraria non est. — lin. 21. Prior vox التلاف est pro التلافى (reparatio) homoioteleuti causa sic scripta. — lin. 24. Cautio, quae nobis, priusquam rem aggredimur, adhibenda est, in proverbiis vario modo commendatur conf. Meid. T. III P. 2. p. 146. — lin. 26. Verba iurisconsultorum «(Iniuriam) a se depellere facilius est, quam (de iniuria illata) apud iudicem conqueri» in proverbii consuetudinem venisse videntur. — lin. 27. Versus metrum Redjes est conf. Darstell. p. 231 C. Enunciandum est مَرِضْ et عَرِضْ. — lin. 29. Proverbium فما كل مرة تسلم الجرة p. 19 l. 5. occurrit.

Pag. 193. lin. 2. Hemistichium metri Basith (conf. Darstell. p. 190.) proverbialem loquendi modum redolet. Simili modo inter proverbia recentiora legitur: مهد لنفسك قبل عثرة قدمك وكثرة ندمك «Locum tibi para, antequam pes tuus caespitat et poenitentia tua magna est». — lin. 3. Homoioioteleutum sic constituendum est وكل عاقل يقبله ويقبل يديه ويمتثله — lin. 5. Verba وانا افصلها حتما حتى vertenda «sunt et ego eas clare exponam indicans, donec (eas absolvero)», ita ut post particulam حتى ellipsis verbi sit conf. De Sacy Chrest. T. I p. 473 ed. alt. — lin. 8. Versus metrum Camil est ib. p. 212 A. b. Idem versus p. ۱۳۰ invenitur. — lin. 12. Vox غريض hoc loco taedio affecti significationem habere videtur, quippe recentis significatio minus congrua videatur. — lin. 15. Verba اعتمد على بما له من حول وقوة sensu contraria sunt verbis لا حول ولا قوة الا بالله, quae Arabes in rerum discrimine proferre solent. — lin. 16. Versus metrum Basith est ib. p. 190 A. b. — lin. 18. Proverbio تزوج etc. inter proverbia recentiora locum dedi Meid. T. III P. 1. p. 212. — lin. 20. Auctor ludens duas voces الثريا et الثرى adhibuit. Pleiadum distantia in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. T. III P. 1 p. 38. — lin. 24. Versus metrum Thawil est ib. p. 162. b. — lin. 28. Metrum idem est.

Pag. 194. lin. 2. Locum sic verto: Scias, quod attinet ad motus nostros cum aquila et causam, qua nos cum eo coniunget, re vera unam eam esse et nos eandem quoad genus rationem sequi; est autem conditio avium. Nos omnes in ea aequales sumus; sed ea (aquila) inter aves summum locum tenet eodem modo, quo Corani eloquentia (quamlibet aliam superat), dum nos similes sonis, quos bruta edunt, infimo loco sumus». — lin. 3. Auctor summam sermonis eloquentiam in Corano, qua sensus perfectissimo et efficacissimo modo constituitur, اعجاز القران appellata, sonis haud distinctis, quos bestiae edunt, opposuit. — lin. 6. Versus duos, quorum metrum Sarih est (Darst. p. 244 A. c), sic verto: Lente agas, o Abu-Zakr! quot enim aves prostratae deciderunt, postquam in altum se extulerant! In

matrimonium Nohmam duxisti, cui altera aequalis non erat; sed Deus eam repudio dimitti permisit». In nomine Abu-Zakr (pater accipitris) poeta ludit p. 194. — lin. 8. Versuum metrum Camil est ib p. 214 B. b. — lin. 14. Pro voce فعاذلى legendum videtur فعاذلى «me reprehendens est». Alter legendi modus, quem in adnotationibus adtuli, hunc sensum offert: Post tergum veniens me impedit. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. Versus sic verto: «Si animam meam tibi tradere propero, me reprehendens ab ista re impedit et si me excusaturus coniunctionem festino, vita post tergum propellit». — lin. 15. Vox ورا metri causa pro وراء scripta est. — lin. 25. Verba عرض السهم تصرف sic explico, ut تصرف secunda persona futuri secundae verbi formae sit vocem السهم tanquam obiectum regens. Vox عرض autem est pro عرضا. Dicitur autem سهم عرض de sagitta, quae bene directa aliam rem attingit quam eam, quae petitur. — lin. 26. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 27. Auctor vocibus نقرا, نتلو et سورها ludit et morem respicit, quo in summis angustiis rerum Corani capita legere solebant. — lin. 30. Quum omnia verba hoc loco adhibita significationes oppositas habeant, de voce جلست, quae cum voce حمست coniuncta est, dubito. In meo codice حلت legitur, quae vox a verbo حل (descendit ex itinere, substitit) derivari potest (conf. Gram. Ar. T. p. 228 ed. alt.), ut verborum significationes oppositae sint.

Pag. 195. lin. 1. Versus metrum Basith est ib. p. 190 A. a. Cum aquila avis Rachma coniuncta est, quod cadaveribus vescitur. conf. libr. meum: Selecta ex historia Halebi p. 86 adnott. et Kaswin Kosmogr. T. I P. 2 p. ۴۱۴. — lin. 3. Non mihi alia causa fuisse videtur, cur auctor loci Sarudj mentionem faceret, quam homoioteleutum, nisi in eo causam invenias, quod multis aquis gaudeat. Situs fuit locus iam destructus in Mesopotamia haud procul a Harrano conf. Abulf. Geogr. p. ۲۷۷. — lin. 4. مالك الحزين cognomen avis aquaticae longo collo longisque pedibus praeditae est, cui pisces cibo sunt. Auctor noster البلشون avis eiusdem nomen esse putavit, quod alii negarunt. conf. Kaswini Kosmogr. T. I P. 1 p ۴۴۴. — lin. 6. Vox دلف est pro دلفا homoioteleuti causa. Mustelam foenariam ob pellis colorem dixit. — lin. 6. Corani verba ومن نعمره ننكسه فى الخلق Sur. 36, 68 leguntur. — lin. 25. Verbum تحلل hoc loco significationem se solvendi et in statum rei licitae intrandi habere videtur. — lin. 17. Metrum versus Camil est ib. p. 212 A. a. — — lin. 23. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 b. — lin. 26. In hac et sequente linea auctor verbis multum ludit sono similia et sensu opposita adhibens.

Pag. 196 lin. 10. Versus metrum Camil est ib. p. 212 A. c. — lin. 12. Versus metrum Basith est p. 190 A. a. — lin. 15. Verbo ابل hoc loco significatio «effecit, ut convalesceret» habeat, necesse est. — lin. 16. Verba المعرفات النشر واللواقح «(Venti) qui bonos odores adferunt, et foecundantes». lin. 17. Verba ومن اياته usque ad من رحمته in Corano Sur. 30, 45 leguntur. — lin. 18. Vox المذيف a ذاف derivanda videtur cum significatione necantis. — lin. 20. Vox الاعجاز hoc loco eandem significationem habere videtur

quam voces ايام العجوز, quibus vocibus septem dies brumales designantur. Vocibus ايام نحسات dies infausti ab Arabibus designantur. Sunt autem dies Mercurii Arabibus infausti conf. Kazwini Kosmograph. T. I p. 65 sq. — lin. 21. Negligentiae tribuendum videtur, quod auctor vocem الصرصر, cuius venti iam antea mentionem fecerat, hoc loco repetivit. — lin. 22. Verba فارسلنا usque ad كالرميم in Corano Sur. 51, 41 leguntur. — lin. 22. Vocibus ربة الحجال «domina thalamorum sponsalium» auctor simul alteram significationem «domina perdicum» animo habuisse videtur, quippe vox الحجال pluralis quoque vocis الحجلة «perdix mas» esse possit. conf. lin. 25. — lin. 25. Vox الضلال videtur pluralis vocis الضال (errans). — lin. 26. Verba افرايتم usque ad للمقوين in Corano Sur. 56, 70 sqq. leguntur. — lin. 29. Locus Corani Sur. 21, 31 sic sonat: وجعلنا من الماء كل شئ حى.

Pag. 197. lin. 1. Verba واذا تكاثف الرش غرقت مصر وآذى اهلها العطش «et quum pauca pluvia densa est, Aegyptus submergitur eiusque incolis sitis nocet», bonum sensum non offerre videntur, nam quamquam dici potest, Aegyptum crescente Nilo, dum pauca pluvia densa sit, submergi, tamen non video, quomodo incolae eius ob sitim noxâ adficiantur. In uno codice verba omissa sunt. Fieri tamen potest, ut verba cum more in Aegypto cohaereant, quo argillâ in aëre expositâ speratum Nili incrementum divinari posse putant. Ahbd-Allatifus sequentia narravit. Versionem de Sacyanam exscribo: p. 335. Les Coptes du Said prétendent effectivement être en état de déterminer d'avance et de deviner quelle sera la crue du Nil chaque année. Les moyens qu'ils emploient pour cela est de prendre une partie d'argile d'un poids connu, et de la laisser exposée á l'air durant une certaine nuit: ils la pèsent le lendemain matin; et par l'augmentation de poids, qu'elle a acquise, ils d'éterminent la quantité du crue du Nil». Quod si igitur argilla multum roris imbibit, quo pondus augetur, Aegyptum submergi auctor dicere potest. Multum autem crescente flumine aqua Nili quam incolae bibunt, limosa est et auctor, si siti coacti incolae huius aquae multum bibant, noxâ eos adfici fortasse auctor dixit. Hunc morem de Sacyus in adnotationibus p. 347 sqq. luculenter descripsit et illustravit. — lin 6. Quatuor elementorum aurae, ignis, aquae, terrae auctor mentionem fecerat conf. p 143. — lin. 17. Hemistichium metri Thawil est ib. p. 162. — lin. 19 sq. Verba المصغر لا يصغر proverbialis loquendi modus esse videntur. — lin 20. Verba وسجدة السهو لا تكرر ritum quendam in religione respicere videntur. — lin. 23. Verba الطبع اغلب proverbialis loquendi modus sunt, pro quo in Haririi opere p. ٢٠٤ الطبع املك legitur conf. Meid. T. III P. 1 p. 296. — lin. 31. Verba اعشبت فانزل proverbium sunt, quod Meid. T. II p. 134 explicatum est. Simillimum امرعت فانزل «in locum pabulo abundantem venisti, descende igitur!« ibidem p. 619 invenitur. — lin. 32. In vocibus القى عصا التسيار proverbialem loquendi modum, qui in Meidanii opere T. II p. 258 invenitur, auctor respexit.

Pag. 198. lin. 3. Versuum metrum Hesedj est ib. p. 226 a. — lin. 5. Voces العذاب الاليم multis locis in Corano occurrunt. — lin. 8. Versus metrum Thawil est ib.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000123

p. 162 B. Arabes infantibus suis amuleta تمايم appellata appendere solebant, timentes, ne oculus malignus infanti noceat; putabant enim isto, quod antiquo tempore albo nigroque variegatum et loro appensum erat, ab infante oculum malignum averti. Amuletum autem removebatur tempore maturitatis, quo oculum haud amplius nocere posse putabant conf. Moten. in de Sacyi Chrest. T. I p. 341. T. II p. 116 Harir p. ١٩. l. 7· ٤٢ l. 9 schol. Rasmussen addit. ad hist. Arab. p. vi infr. et sq. Plures autem amuletorum species in usu erant. conf. p. 21. — lin. 10. Proverbium est ضرب اخماسا لاسداس „ostendit aquationes, quae quinto die fiunt, propter aquationes sexto die", quo significant, virum astutum aliam rem ostendisse, quam voluisse; solebant enim Arabes iter longum suscepturi camelos ad sitim ferendam adsuescere, ita ut per quinque dies camelos aquâ privarent, inde ad sex dies progredientes. — lin. 19. Metrum versus Ramal est ib. p. 239 B. b. Prius hemistichium cum proverbiali loquendi modo convenit خير من جليس سوء وحدة الانسار. Meid. T. III P. 1 p. 535. Posterius hemistichium sensu simile est proverbio: جليس الخير غنيمة „Conviva bonus praeda est ib. T. III P. 1 p. 73. — lin. 21. De ave زاغ confer Kaswini Kosmogr. T. I P. 2 p ٤١٥. — lin. 24. Versus metrum Sarih est ib p. 243. A. a. Corvus Arabibus separationis amicorum malum omen est, quapropter غراب البين cognominatur conf. Harir. p. ٣٩v. Ham. p. ١٠٣ l. 18. Dicitur quoque in proverbio اشأم من غراب البين Meid. T. II p. 695. In posteriore versus hemistichio voce زاغ auctor ludere videtur, quae tanquam verbum recessit et tanquam nomen cornix est, ut sic verti possit: „sed quum ad ius pervenimus, inde decedit" aut „quum ad veritatem venimus, cornix est". — lin. 27. De verbis ولا يفيدني etc. conf. p. 166. — lin. 28. Littera ع est pro مصراع „hemistichium". — lin. 29. Hemistichium metri Basith est p. 190 A. b. Proverbium est الحزم سوء الظن بالناس quod Meid. T. I p. 370 explicatur. — lin. 31. Verba قبضة قبضة الاعمى proverbialem loquendi modum redolent; tale autem proverbium frustra quaesivi; sed est proverbium كالقابض على الماء, quod Meid. T. II p. 343 invenitur conf. T. III P. 1 p. 403.

Pag. 199. lin. 4. Versus metrum Thawil est. ib. p. 162 B. — lin. 7. Versus metrum Wafir est ib. p. 204 A. Proverbium est: لا يشقى بقعقاع جليس „Per Kahkahum socius miser non est" Vir iste oriundus e gente Banu-Ahmru b. Schaiban b. Dsohl b. Tsahlabah, quae ad gentem Becr b. Wajel pertinebat, summa liberalitate erga vicinos notus erat, ut in proverbii consuetudinem veniret conf. Meid. T. II p. 540 Harir. p. ٣١٥. — lin. 9. Voci بدرة hoc loco praeveniendi actionis et voce نفرة fugae, alienationis significatio tribuenda est. — lin. 10. In verbis اسمك ناطق auctor Arabum consuetudinem, qua in nominibus malum omen invenirent, respicere videtur conf. Meid. T. I p. 696 sq. Vox autem زاغ (cornix) tanquam verbum recedendi, declinandi significationem habet. — lin. 12. Versus, qui iterum p. ١٠٩ occurrit, metrum Basith est ib. p. 190. A. b. — lin. 15. In vocibus لحمى et لحمة est verborum lusus. Voci لحمة hoc in loco significatio subtegminis telae tribuenda est; simulque frustum carnis designat. — lin. 16. Versus, cuius metrum Basith est Darst. p. 190 A. b. in Hamasa p. ١١٠ legitur. — lin. 22. Verbo شرح, quod am-

pliandi, dilatandi significationem habet, hoc loco exhilarandi aut huic similis significatio tribuenda est. — lin. 23. Versus metrum Motakarib est. Cum pede ∪ — in fine utriusque hemistichii saepius occurrit conf. Fakih Alcholaf. p. 2 et Darstell. p. 281., in quo libro hic modus adnotatus non est. — lin. 26. كراى الزنادقة Ut doctrina eorum, qui in religione Zoroastris doctrinam sequuntur i. e. qui viam rectam relinquunt. Vocem شى enuncies schi.

Pag. 200. lin. 2. Verba لا يقطع فيه بالظن الحسن sic vertenda puto. «Non abrumpitur de eo sermo opinione pulchra» i. e. argumentis a pulchra opinione deductis haud vincitur. Opinionem pulchram homines de eo non habent, ut de eius integritate non amplius dubitetur. — lin. 3. Auctor vitam cum panno comparavit, qui abrumpitur. — lin. 4. In proverbio dicitur: دون ذلك خرط القتاد «Ante hoc est tragacanthae decorticatio», ut res difficilis peractu designetur, nam tragacantha ob spinas difficile decorticari potest Meid. T. I p. 476. Verba والموانع التي هي دون سعاد sic verto: «et res impedientes, quae effecerunt, ut ad Soahdam perveniri non posset». Soahd nomen feminae est, ad quam aditus difficilis erat. Talis feminae in initio carminis celeberrimi a Cahbo b. Sohair compositi mentio facta est et fortasse hanc auctor respexit, quum huius feminae separationem poeta deploraret. conf. p. ١٩٤ l. 11. Eiusdem rei mentionem fecit idem auctor in Vita Timuri T. II p. 570 ed. Mangeri. — lin. 6. Auctor verbis عقاب العقاب et نعايم النعيم ludit. — lin. 7. De vocibus الفرق بين التمر والجمر confer p. 180 l. 9 huius operis. — lin. 8. Auctor eandem vocem القصور; sed cum varia significatione, ut homoioteleuto satisfieret, adhibuit. — lin. 9. Verbo اسند sine dubio auctor usus est significaturus ea, quae retulerit, dubio carere, quippe verbum in traditionibus, quarum primus auctor serie haud interrupta notus sit, adhibeatur. Voces انشاء et اخبار significant duplicem et scribendi et narrandi modum, quo alteri res indicatur. — lin. 12. بابتذال دناءة «dum vilitatem tanquam quotidianam vestem sibi induit». Auctor agendi rationem cum vestimento comparavit. — lin. 16. Vox المجاز hoc loco metaphoricum loquendi modum designat et حقايق modum loquendi sine metaphora, dum rei aptae voces adhibentur. In hac quoque et sequente linea auctor vocibus المشاورة et المساورة, مقلب القلوب et عزم شديد, حزم سديد ludit. — lin. 19. Ludit quoque auctor vocibus خطبة et الخطوب. — lin. 21. Versus metrum Motakarib est ib. p. 281 A. a. — lin. 25. In vocibus تتحلى بجمالها etc. plura homoioteleuta inveniuntur. — lin. 30. In verbis تتعدّ et جمع القلة auctor ludit; habent enim in grammatica significationem technicam. Verbum تعدى significat transgredi et in grammatica verbum esse transitivum; voces autem جمع القلة significant colligere paucos, ut plures fiant et in grammatica pluralis formam, quae nonnisi in paucis adhibetur conf. Sylv. de Sacy Gram. Arab. T. I p. 470. 372,

Pag. 201. lin. 8. De vocum يا بعدى accurata significatione enunciandique modo dubito. Ni fallor, يا بُعْدِى «o bonum meum! enunciandum est, aut يا بَعْدِى cum eadem significatione, quod homoioteleuto magis convenit. — lin. 8. De vocibus ابنة السعدى confer p. 185 l. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000125

— lin. 13 sqq. Auctor verbis multum ludit. — lin. 22. Versus, quorum metrum Camil Darst.. p. 212 A. a. sic vertendos puto: Voluptatem capit eius (horti) fructus decerpens ex optimo eius, quod vindemiae aptum est et eius incola e loco nobilissimo, ad quem se recipere potest et columbae ob laetitiam modo in eius aëre gyrum faciunt modo super eum se demittunt alas moventes». — lin. 28. Voces الميسرة واليمنة modum, quo exercitus instruebatur, respiciunt vid. Hamas. T. II P. 2 p. 552 sq. (vers. lat.).

Pag. 202. lin 6. Locus Corani Sur. 37, 164 legitur. Auctor noster in hac linea sequentibusque plurium munerum nomina adtulit, quae non semper eo ordine enarravit, quo conditione sua cohaererent; sed quem homoioteleutum postulabat, eum in scribendo secutus esse videtur. Multum quoque abest, ut omnia munera, quotquot essent, recensuerit, ut nonnisi eorum, quae in mentem venirent, mentionem fecerit. Plures sunt causae, quibus efficitur, ut quaestio de muneribus, quorum hoc loco mentio facta est, perdifficilis habeatur. Una est, quod ad fontes, e quibus hac in quaestione hauriatur, pauci adire possint et lexicographi Arabici huius rei fere nullam rationem habuerint; altera autem eo consistit, quod tam variis temporibus quam in diversis regnis varia munera orta sint et eadem munerum nomina diversas significationes acceperint, ita ut accurata muneris descriptio neque omni tempori neque omni regno quadret. Auctor noster quum ab anno 840 in urbe Cairo habitans anno 852 opus hoc absolverit, vix dubitare licet, quin in muneribus enumerandis quandam munerum, quae in Aegypto tunc temporis in usu essent, rationem habuerit. Nostrum esse non potest, qui brevitati in adnotandis studeamus, de muneribus fusius disputare; nonnisi ea adferre in animo est, e quibus operis huius loco lux oriatur. Quae si aut minus accurata aut minus exhausta quibusdam videantur, ii neque finis nostri neque rei difficultatis obliviscantur. Qui rem accuratius investigare cupit, is opera Makrisii, Sojuthii, Abu-l'Mahaseni aliorumque adeat.

Auctor primo loco eum, qui النايب appellatur, posuit; id quod mihi argumento est, auctorem munera Aegyptiaca ante oculos habuisse; in Aegyto enim is, qui primum post imperatorem locum occuparet, vicarius (imperatoris) النايب audiebat. Ebn-Chaldunus (Chrestom. mea gram. hist. p. ١٧٨) refert, nomen Vesiri ob quotidianum usum et quod plures muneris partes in alias personas translatae essent, auctoritatem pristinam amisisse et hanc ob causam eum, qui summum in imperio Turcico locum teneret, i. e. cuius mandatis ab omnibus obsequium praestandum esset et qui exercitui praeesset, nomen vicarii النايب accepisse, dum Vesiri nomen ei daretur, qui tributis praeesset. Alio loco dicit, ei, qui munus النايب gereret, subiectum esse munus eius, qui nomen الحاجب haberet. Ebn-Chalduni locus verbis sequentibus in linguam Gallicam versus est in libro Chrestom. Arabe T. II p. 169. «En Egypte, sous la dynastie Turque, le titre de chambellan se donne à un officier pris dans la nation qui a le pouvoir, c'est à dire, entre les Turcs: c'est lui, qui fait exécuter les jugemens dans la ville entre les particuliers. Les chambellans sont en grande nombre. L'office de chambellan est subordonné chez eux à celui de vice-roi, qui exerce l'autorité en genéral,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000126

tant sur la nation dominante que sur le commun des sujets. Quelquefois le vice roi exerce même le droit de nommer à certains offices et d'en destituer; il confère ou confirme les apanages de peu de valeur et ses ordres sont éxecutés comme ceux du sultan, tandis que les chambellans ne remplaçent le prince que pour l'exercice de la justice entre les différentes classes du peuple et les militaires, quand les contestations sont portés devant eux et pour forcer les réfractaires à se soumettre aux jugemens. Leur rang est donc au-dessous de celui du vice-roi. De Sacyus ex Sojuthii libro (Chrest. Ar. T. I p. 135) sequentia retulit: «Il y avoit ci-devant une charge nommée vice-royauté نيابة السلطان, qui a été supprimée par Mélic-alnaser Mohammed, fils de Kelaoun. Le vice-roi النائب étoit un sultan en diminutif: c'étoit lui qui distribuoit les bénéfices militaires الاقطاعات et qui nommoit aux places d'émir et autres charges; il disposoit de toutes choses avec une autorité absolue, à l'exception de quelques grandes charges, comme celles de Kadhi, de Vizir et de secrétaire d'état, auxquelles il ne nommoit pas: il proposoit seulement au sultan les sujets, propres à les remplir et il étoit rare que les sujets, qu'il présentoit ne fussent pas nommés. On l'appeloit le curateur des états du sultan et le second sultan كافل الممالك والسلطان الثانى. Makrizi nomme cet officier نائب السلطنة. Ex Ebn-Chalduni loco quum adpareat, quale in Aegypto fuerit eius munus, qui الحاجب audiebat, monemus, munus hoc, quod iam tempore Ahlii (Abulf. Ann. I p. 338) esset, olim diversum fuisse, quippe vir, qui munus administraret, introitum ad chalifam petentibus aut concederet aut denegaret et postea sub Ahbbasidarum imperio maximam auctoritatem haberet. In Hispania tempore Omajjadarum, quo singulis muneribus gravioribus Vesiri praeessent, inter hos unus, cui nomen Alhadjib erat, summum locum tenebat, quippe qui ad principem ea, quae a Vesiris decreta essent, ut decreta confirmaret, perferret (Ebn-Chaldun in Chrest. mea Gram. hist. p. ٧٨). Secundo loco munus viri الدوادار muneri البرددار oppositum est, quae munera seriore tempore orta esse, ipsa peregrinae originis nomina ostendunt. Vox الدوادار et الدويدار eum proprie designat, qui atramenti vas principi scribenti teneret. Munus in aula chalifarum magnam auctoritatem viro dedisse, locus in Abulfedae Annal. T. IV p. 472 probat, in quo auctor, virum, qui huic muneri praeesset cum viro, cui munus pincernae esset, mortuo chalifa Almostansiro in eius filium Almostahzim chalifatum transtulisse narrat. Ex nostro loco videmus, virum, qui hoc munus administraret, auctoritate maiorem fuisse, quam is qui munere ejus, qui البرددار appellaretur, fungeretur. In Ebn-Chalduni opere (Chrestom. mea gram. hist. p. ٧٩) haec leguntur: واما فى دوله الترك بالمشرق فيسمون هذا الذى يقف بالناس على حدود الاداب فى اللقاء والتحيية فى مجلس السلطان والتقدم بالوفود بين يديه يسمونه الدوادار ويضيفون اليه استتباع كاتب السر واصحاب البرد المتصرفين فى حاجات السلطان بالقاصية وفى الحضرة وحالهم على ذلك لهذا العهد «In imperio Turcarum in Oriente eum, qui hominibus res observandas in occursu et salutatione in consessu regis praescribit[1] et qui advenientes ad imperatorem introducit, nomine الدوادار appellarunt. Ei quoque officium est introducendi eum, qui munus scribae secretorum (كاتب السر) administrat et custodes

1) Et vir Iarfa (يرفا) Ohmari Hadjib appellatur conf. libr. تهذيب p. ٦٣٣.

portae, qui ad negotium imperatoris tam in locis remotis quam in aula perficienda adhibentur. Conditio eius nostro tempore haec est». In loco, quem de Sacyus ex Makrisii opere (Chrest. Ar. T. II p. 179) adnotavit, sic legitur: «Les fonctions de l'emir djandar sont de garder la porte du sultan et de commander aux huissiers de la porte, aux valets de pied, aux Chorasaniens (sed videtur الخراساتية «custodes» melior legendi modus) et aux djandariens. Lorsque les couriers arrivent, c'est lui, qui les présente avec le dewadar (ou porte-écritoire) et le secretaire d'état». Ex hoc loco isto tempore ii, qui nomen البرددارية gererent, sub eius imperio fuisse, qui امير جاندار audiret, sequitur. Vox بردددار ex Pers. بردەدار orta proprie eum designat, qui velum (portae) tenet, et eius imperio sine dubio custodes portae البـبـرددارية parebant. Vox خـزنـدار «thesaurum tenens» sine dubio eandem significationem habet, quam vox خازن «thesaurensis», quae apud Abulfedam T. IV p. 56 occurrit. Postea vox ex Persico et Arabico composita in usum venit conf. Abulf. Ann. T. V p. 42. Vox eum designat, qui thesauro praeest, ut ii, qui tributa etc. colligerent, quos auctor nomine جابى الدراهم والدينار insignivit, eius imperio subiecti essent — Vox مهتر et مهتار originis Persicae in aula Persica supremum regis cubicularium designat. In libro: Voyages du chevalier Chardin en Perse T. III p. 408 munus in adnotatione sic describitur: Cette charge est la même que celle de grand chambellan; il porte la bourse, l'anneau, la montre etc. du roi et ne le quitte jamais, pas même dans le hharem, au milieu des femmes. Les fonctions de cet officier exigent donc qu'il ait cessé d'être homme. C'est ordinairement un eunuque blanc, qui les remplit et qui partage conséquemment l'espèce du culte que les flatteurs et les ambitieux rendent à son maitre conf. Kämpferi Amoenitates exoticae p. 81 sq. Non autem dubito, quin huius viri munus e regno Persico in Aegyptum translatum sit; sed quale in Aegypto fuerit, dicere haud possum. Huic viro munus eorum, qui السايس et الحارس audirent, aut submissum aut minoris auctoritatis fuisse, e loco nostro sequi videtur. Vox الـسـايـس proprie eum, qui regit, designat et in libro: Imperium Ioctanitarum p. 120 سايس الفيل «elephantem regens» legitur. Postea maxime in eum, qui equos regit eorumque curam habet «equiso» translata est, nam in Vita Saladini p. 231 infr. eos, qui mulos curant, nomine الخربندية et qui equos curant (خدمة الخيال), nomine السائسة appellantur. In nostro autem loco quum vox cum voce المهتار (supremus cubicularius) coniuncta sit, non potest non habere significationem eius, qui equisonibus imperat. Vox مرقدار «iusculum tenens», de qua voce nil accuratius dicere possum, eum designare videtur, qui cibos e culina adlatos accipit; sed confer p. 267. Vox الحارس custodis significationem habet. Potest esse custos palatii regii aut personae regis aut stabuli, quum antea de equisonibus sermo esset. Hoc loco vox sine dubio eum designat, qui custodibus imperat; sed custodes palatii aut personae regis dignitate inferiores fuisse equisonibus, vix cogitari potest; quapropter is, qui custodibus stabulorum praeesset, significari videtur. — Voces كاتب السر (scriba secretorum) eum designat, qui apud Franco-Gallos secretaire d'état appellatur, eiusque iam in iis, quae de eo, qui الدوادار audit, mentio facta est conf. De Sacy Chrest. Ar. T. I p. 134. Munus huius viri, in Aegypto a Sultano Malec-Almanzur Kelaun creatum fuisse dicitur ib. T. II p. 190. Vox

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000128

مدبر, si Meninskio fides habenda est, scribam quoque designat, et, ni fallor, nostro loco eum designat, qui mandata regis, quae iubente rege is, qui كاتب السر audiebat, scripserat, in bonum ordinem disposuit et describenda curavit, ita ut sub eius imperio scribae essent. Cum voce المدبر vox الموقع coniungenda est, ut homoioteleutum hoc modo mutetur وكاتب السر المرتفع، بالنسبة . . . . الى الموقع. Munus eius, qui الموقع audit, التوقيع appellatur. Qui hoc munus administrabat, in consessu publico coram rege in scripta, quae de re petenda ipsi traduntur, iudicium de re ferendum scribit (De Sacy Chrest. Ar. T. I p. 71 adn.). Distinguitur autem inter munus eius, qui الموقع بالقلم الدقيق eiusque, qui الموقع بالقلم الجليل appellatur ib. p. 132 sq. — Voce الزمام princeps eunuchorum designatur, qui palatiis regiis praeest. De Sacyus in Chrest. Ar. T. I p. 503 ex opere Chalil Dhaheri sequentia adnotavit: Le Zimam des palais du sultan est un eunuque, qui a de l'instruction et des connaissances. On l'a nommé zimam, parce qu'il a dans sa main ce qui tient à tous les palais impérieux. C'est un des principaux entre les émirs qui jouissent du droit d'avoir des timbales». Abu-l'Mahasenus dixit, nomen زمام الآدر corruptum esse ex vocibus زمام دار «fraenum tenens». Vox الخادم proprie ministrum designat; ministri autem in palatio regis quum eunuchi essent, voce eunuchus quoque designatur. — Munus iudicis, qui apud Arabes القاضى audit, notum est. In magnis urbibus unus supremus iudex aut القاضى الكبير aut قاضى القضاة appellatus erat, quem, si quis iudicio a iudice lato haud contentus erat, de re adire poterat. Sunt tot iudices quot sectae, quatuor scilicet. Iudici duo testes شهود sunt, qui iudicia describebant. Praeterea eorum negotium erat, matrimoniorum, emtionis pacta aliaque describere, testimonia de rebus dicere et nomina subscribere, quippe apud Mohammedanos testimonio iudicis horum quoque testimonia addenda erant conf. Abulf. Ann. T II adnot. 150. Iurisconsultus apud Arabes الفقيه appellatus iudice inferior est. Iurisconsultus superiorem se mercatore putat; mercator autem se plebeio maiorem habet; sed fortasse hoc loco voci سوق significatio mercatoris inferioris ordinis, qui in foro merces vendendas exponit, tribuenda est. — lin. 20. Versuum metrum Sarih est conf. Darstell. p. 243 A. b. — lin. 25. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B.

Pag. 203. lin. 1. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 A. — lin. 4. De vocibus النقل et العقل conferas p. 18. 23. 80. 147. 166. 182. etc. — lin. 7. Vox فصل (sectio) sequentibus inscripta est, ut novum argumentum indicaretur. — lin. 18. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. Sic verto: Tempus plumas meas instigavit, ut nil peterem et fortuna mea me instinctu docuit, te pennis instruere i. e. Tempus calamitate me omnino occupavit, ut nil peterem; a te igitur auxilium peto. Si significatio vocis مضمنا urgenda est, sua verba cum alius poetae verbis coniunxit. — lin. 21. De horto Ridhwani conferas p. 18. lin. 22 sq. In verbis فقضيت usque ad الدهر singulae voces homoioteleuto instructae sunt. — lin. 24. Verba مكررا usque ad vocem القوت sic verto: repetitis vicibus perlegens tres res, quae animum quietant sc. uxorem probam, vicinum consuetudine coniunctum, et alimenta, quae sufficiunt. — lin. 26. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 A. — lin. 29. Sic verto:

Et quotiescunque nobis infans pariebatur et cum laetitia de novo nobis foedera fiebant, oculo laetitia provenit et animo gaudium; dicebamus etc.; sed si وحصل legeretur, ut verbo propositio consequens inciperetur, mihi magis placeret. De vocibus عمرو وزيد confer 9. 34.

Pag. 204. lin. 5. Versuum metrum Basith est ib. p. 190 A. b. — lin. 9. Verba المرء يوجد etc. inter proverbia recentiora recepi. Meid. T. III P. 1. p. 492. — lin. 11. Proverbium اعط القوس باريها «Da arcum dolanti!» i. e. remitte ius ad eum, cui debetur, legitur Meid. T. II p. 98. — lin. 16. In verbis فحمدنا auctor proverbium عند الصباح يحمد القوم السرى «tempore matutino homines iter nocturnum laudant» respicit, quod hoc loco significat, in fine operis, num bonum sit, cognosci posse, ut laudetur. In Meidanii opere T. II p. 70 legitur. — lin. 18. Versus metrum Thawil est. ib. p. 163 C. — lin. 22. Proverbium est دونه العيوق «Altior est, quam capella sidus», quod Meid. T. I p 474 legitur. Ibidem p. 473 alterum quoque proverbium est, cuius auctor rationem habuit دونه بيض الانوق „Remotior est, quam ovum avis Anuk". — lin. 26. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 31. De bono omine confer 125. 134.

Pag. 205. lin 2. Voci لورودك duplex significatio dari potest aut per adventum tuum aut rosis tuis. In vocibus شقايق فضل النعمان auctor cogitasse videtur tam de floribus شقايق النعمان Anemone appellatis, qui ab avia regis Nomahni b. Almondsir, شقايق appellata nomen accepisse putantur, quam de rege Nohman, quum vox فضل inter voces شقايق et النعمان posuerit. Voci autem شقايق pluviarum largarum significatio tribuenda est, quippe beneficia cum pluvia comparentur. — lin. 3. In vocibus بديع, معانيه, وبيان quae iis in arte rhetorica quoque propriae sint, significationes legens animo cogitet. — lin. 6. Verbo نسل, quod auctor sine dubio homoioteleuti causa adhibuit, hoc loco significatio plumas abiecit sc. alius raptae avis danda videtur. — lin. 7. Versus metrum Ramal est ibid. p. 238 A. c. — lin. 11. Hemistichii metrum Sarih est ib. p. 243. Verba بيض قطا etc. in proverbii consuetudinem venerunt. Vilem in nobilis tutelam se recepisse significant. — lin. 14 sq. Voces وسواس وخناس e Corano Sur. 114, 4. ubi legitur من شر الوسواس الخناس, desumtae sunt. — lin. 17. Versuum metrum Chafif est ib. p. 263 C. — lin. 20. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 A. — lin. 21. In posterioris versus vocibus auctor ludit. — lin. 27. In verbis فما اسرع اللطف، واقرب العنف، من حركات الملوك والكبرا — وابعد الرفق، واشرد الخرق، من duplex homoioteleutum est. Principale in vocibus الكبرا et الخلفا est. Praeter hoc autem homoioteleuta in vocibus اللطف et العنف, tum in vocibus الرفق et الخرق inveniuntur. — lin 28. Legendi modus, qui in codicibus A. B. G. invenitur, clarior est. — lin. 30. Versuum metrum Basith est ib. p. 19.

Pag. 206. lin. 4. Verba جاور ملكا او بحرا, quae ab auctore Mohammedi tribuuntur, in proverbii consuetudiuem venientia modum designant, quo quis opes acquirere possit conf. Meid. T. I p. 209. — lin. 6. Tamerlenc est nomen Timuri, quo nomine eum claudum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000130

fuisse significant, quapropter auctor noster eum الاعرج الاشل fuisse dicit. In vita Timuri p. 17 auctor noster narravit, eum, quum quadam nocte ovem furto auferre vellet, a pastore duabus sagittis una in humero altera in coxa vulneratum esse. — lin. 7. Pagina ٢٠٣ l. 7. auctor dixerat, apud aquilam avem Iuju fuisse unum ex intimis regis e numero conclavis regii-custodum, quapropter eum hoc loco الدستور Vezirum appellat. Silentio autem praetereundum non est, nomen Veziri in regno Omajjadarum in Hispania pluribus commune fuisse; eum autem, qui inter hos auctoritate excellens res ad principem retulerit, nomen custodis conclavis regii (الحاجب) obtinuisse conf. Chrest. meam gram. histor. p. ١٧٨. Num hoc ante oculos habuerit auctor, pro certo dici non potest. — lin. 14. In vita Timuri arx النجاء appellata (T. I p. 284), quam Timurus circiter anno 795 expugnasse narratur, iisdem verbis describitur: وكانّ الثريا فى انتصابها قنديل معلق على بابها ولا يجوم طاير الوهم عليها فانى يصل طايش السهم اليها ولا يتعلق بخدم خدمتها خلخال خيال وافتكار فضلا ان يحلق على معصم عصمتها من عساكر الاساورة سوار. Auctor autem noster quum in Vita Timuri eius res in India gestas breviter obiterque tantum narrasset, nulla eorum, quae in opere nostro legimus, mentio facta est conf. Vita Timuri T. I p. 458—484 edit. Mangeri. — lin. 10. In vocibus والرجوم المارقة من النجوم الخارقة auctor opinionem, quae Arabibus de stellis volantibus est, respicit. — lin. 11. Voci مهوى a lexicographis interstitii inter montes, hiatus significatio datur. Quae autem significatio quum comparandi modo minus apta videatur, fortasse voci loci, quem (planeta) in aere occupat, significatio tribuenda est. Cur autem auctor planetam magnum lanii cultrum dixerit, clarum non est. Modum respicere videtur, quo Arabes Martem planetam gladium tenentem fingunt conf. in cl. Moelleri Catalogum Partic. prima in fine effigiem Nro. VI. المريخ est nomen Arabicum. Loco vocis نواظيرها cum codice G نواظيرها legendum puto, quippe huius principis significatio aptior sit quam illius vineae vel palmarum custodis. — lin. 13. Auctor vocibus لعيون مكاحلها ludit, quippe oculos cum voce مكاحل coniunxerit, cui voci stylorum, quibus collyrium oculis illinitur et seriore aetate sclopetarum (Flinten) significatio est. Vox مدفع instrumentum, quo hostis repellitur, significat; seriore autem aetate tormentum bellicum, quod nos Canone vocamus, est. — lin. 14. Voce طابات, quam n lexicis frustra quaesivi, glandes magnas significari videntur, quales a tormentis illis bellicis, quae Canonen nos appellamus, quippe cum voce بنادق coniuncta sit, quae vox in glandibus parvis, quales a sclopetis proiiciuntur, adhibetur. Auctor sine dubio انثريا فى انتصابها dixit significaturus tempus, quo Pleiades in medio coelo locum habeant. Kaswinius T. I P. 1 p. 43 dixit: والثريا تظهر من اول الليل فى المشرق عند ابتداء البرد ثم ترتفع فى كل ليلة حتى تتوسط السماء مع غروب الشمس — lin. 15. Auctor ludit vocibus معصم et عصمة, tum اساورة et سوار. Vox autem سوار in lingua Arabica pericarpium, in lingua Persica equitem designat, quam duplicem significationem legens ante oculos habeat, necesse est.

Pag. 207. lin. 1. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 5. „Tum voluit colla eorum facere vaginam eius (gladii) et sanguine eorum irrigare formicas fulgoris eius (gladii) et muscas". Ludit auctor vocibus رقاب et قراب, in quibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000131

eaedem litterae cum diverso ordine sunt. Fulgor autem gladii talis est, ut in eo formicae et muscae repere videantur. — lin. 7. Verba ولم يلْقَ لامره دبرة ولا قبلة امامه «Neque a Mecca locum remotum neque versus Meccam locum directum rei suae coram ipso obviam habuit i. e. rem suam omnino neglexit. Est autem proverbialis loquendi modus ما له قبلة ولا دبرة „in re sua peragenda haud recte agit i. e. modus, quem sequatur, ei non est; nec non dicitur ليس لهذا الامر قبلة ولا دبرة «Haec res non cognoscitur». Vox امامه cum vocali Fatha super littera Alef in codice scripta invenitur. Verba فغلف غربه وشامه verto: „tum occidentem suum et septentrionem (Syriam) in loculo recondidit" i. e. de regionibus expugnandis non amplius cogitavit; sed voci غرب gladii aciei quoque significatio est. — lin. 13. Versus metrum Basith est ib p. 190 A. b. — lin. 16. De rebus Mohammedis Kawschin conf. Vita Timuri T. II p. 822 sqq. — lin. 18. Utebantur tabula maiore in Schahi ludo, ita ut plures simul ludere possent. Haec est causa, cur auctor الشطرنج الكبير dixerit conf. p. 166. et Vita Timuri T. II p. 798. — lin. 20. Voce المرقدارية sine dubio homines, qui in culina occupati sunt, conf. p. 202. designant. — lin. 21. Canis Arabibus impurum animal est vid. p. 115. — lin. 25. Auctor voces أوقاف et اقطاع coniunxit, ut cuiuslibet reditus designarentur. Vox وقف proprie res legata, ut commodo eius quis uteretur; sed re ipsa abstineret. — lin. 29. De vocibus نبى et معجزة, ولى et كرامات confer p. 1. 37. 138. 172.

Pag. 208. lin. 1. Auctor vocibus الخلق, بالحلق et الحلق ludit. Voci بالحلق pecorum multorum, voci الحلق gutturis significatio tribuenda est, ut vertatur „et alius multa pecora obtinuit et ipsius guttur abscissum fuit". — lin. 2. Historia Cahbi b. Malec, quam auctor respexit, talis est. Auctor كعبة الامن dixit, quod in templo sacro Meccae quilibet securus erat. Cahb b. Malec poeta celeber, Medinensium unus, Mohammedem haud secutus contra Tabakum profectum eo punitus est, quod per quinquaginta dies a societate exclusus manebat. Post hoc autem tempus a Mohammede in gratiam receptus est. Utriusque casus diversus erat, nam, dum unus remotus manebat, alter post aliquod temporis spatium admissus est confer: Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme T. III p. 287. — lin. 3. Voces اشارة الفوت mortem significant et voci الحيف hoc loco bubonis maris significatio danda est Bubonis maris auctor mentionem fecisse videtur, quod bubo malo omini est Kaswini dixit T. I p. 408 dixit: ويتشاءم به حتى لو نزل بارض او دار فالناس يتطيرون به. — lin. 4. Chalil nepos Timuri et filius Miranschahi est. Anno 814 diem obiisse dicitur. Herbelot. biblioth. — lin. 8. Versuum metrum Redjes est ib. p. 231 C. — lin. 13. Vox منفاخ idem quod منفخ esse videtur. — lin. 23. Vocibus النسر الطائر tres stellas lucidas designant in aquilae (العقاب) sidere conf. Ideler Untersuchungen über die Sternnamen p. 105 sq. Voce واقع autem respicit stellam النسر الواقع in sidere lyrae ibid. p. 67. — lin. 26. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 30. Verba طالب etc. sic vertenda sunt: Quaerenti, cuius tu dux viae es, quomodo ad bonum via non aperietur et quomodo ad locum attingendum (vel. mel. ad votum consequendum. Pro voce المقام alter legendi modus المرام est) non perveniet locus, ubi pernoctatur et somnum meridianum capit. — lin. 31. Verbis: Volavit ad capellae sidus" dicere vult, se volatu altum

petiisse. Auctor proverbium respicit: «دونه العيوق» remotius quam Capellae stella Meid. T. I p. 474.

Pag. 209. lin. 2. Loquendi modus قبة الفلك inde ortus videtur, quod Arabibus coelum modo concamerati operis et structi videretur. Centrum angelorum مركز الملك cogitari debet locus in coelo altissimus. — lin. 3. Pisces coeli. Ludit auctor vocibus السماك (pisces) et السماك (spicae stella) conf. p. ۱۱۸ l. 28. conf. Ideler Untersuchung etc. p. 171. — lin. 6. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 9. Suffixum vocis به aut ad vocem امام referendum est aut vox اسوة genus masculini est. — lin. 11. Voces ملكة النيرات „regina stellarum fulgentium“ solem designare videntur. In uno codice ملايكة „angeli“ legitur. — lin. 13. Alloquuntur bona eorum incolas terrae cultae verbis Corani etc. Verba وفى السماء رزقكم وما توعدون in Corano Sur. 51, 22 leguntur. — lin. 15. De Ridhwano custode paradisi confer. p. lv lin. 23. — lin. 15. Auctor ludit vocibus العُقاب (aquila) et عقاب العقاب „poena locorum montis difficilium adscensu“. — lin. 16. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 19. Verbis شاهينه مع كركيه وبازيه مع حمامه „Avis Schahin cum grue suo et avis Basi cum columba sua auctor sine dubio indicare voluit, unam gruem, alteram columbam venari: sed in Kaswinii opere T. I P. 2 p. ۴۱۹ legimus, avem Schahin columbarum inimicum esse, ut melius dicendum esset شاهينه مع حمامه. Verbis الميمنة والميسرة et المقدمة والمؤخرة auctor exercitus ordinem respicit. conf. Hamas T. II P. 2 p. 553. — lin. 20. Verba فالانيس صاحب الظرف والكيس حامل القبز كالاوزان dubii quid habent. Voce الانيس auctor sine dubio gallum vult conf. p. ۲۱۴, quem possessorem pulchritudinum ob pulchras pennas et crumenae (s. folliculi) ob barbam appellavit; sed cur eum portantem instrumentum musicum Kobos esse dixerit, dubito. Obscura quoque est vox كالاوزان est. Auctor caput galli ex quo cantus et quidem modo rhythmico emittitur, cum instrumento musico comparasse videtur et كالاوزان addidit. Hac enim voce metra significari putaverim, quum eadem vox lin. 22 sequatur. Ibi autem pro voce الاوزان placeret من الاوزان, nam verbi انشد subiectum gallus sit, necesse videtur. — lin. 24. Versuum metrum Thawil est ib. p. 163 C. — lin. 25. Avis عنقا appellata est fabulosa, quam nos gryphem appellamus. Cognomen مغرب avi datum est, quod omnia, quae rapuisset, in regionem longe remotam auferre putabatur; sed ab aliis cognomen aliter explicatur. De re, quae periit aut evanuit, in proverbio طارت به العنقاء aut حلقت به فى الجو عنقا etc. dicitur. A nonnullis avium imperium exercuisse putatur. Narrant, avem fame adflictam puerum et puellam rapuisse et quum homines hac de re apud prophetam Hentselahum b. Zafwan questi essent, prophetam Deum invocasse, ut avem fulmine perderet. Noster autem in versu (l. 25.) dixit: „Te (aquilam) reveritus delituit neque porro visu sublato in terris apparet. Qui plura scire cupit, Meidanium T. II p. 25. Harir. p. ۵۹۴ ed. de Sacy adeat et Kaswinium Kosm. T. I P. 2 p. ۴۱۹. — lin. 26. Vocibus النسر الطاير tres stellas in sidere aquilae (العقاب) nomine النسر الطاير appellatas respicit conf. Ideler Untersuchung p. 105 sq. Hic النسر الطاير appellatur المقدم على العسكر „exercitui praefectus» et postea رافع اللواء „vexillum elevans“, quod antiquo tempore dux

exercitus vexillum portare solebat conf. Hamas. p. ١٩ l. 6 sq. infr. Abulf. Ann. I p. 341. conf. quoque loquendi modum عقدوا له لواءا. Auctor autem قد اظله بالجناح «eum alis suis texit», dixisse videtur, quod sidus النسر الطاير appellatum pars sideris العقاب appellati est, nam subiectum verbi اضل vox العقاب esse debet, propterea quod suffixum ad vocem العساكر referri haud potest. conf. Kaswini Kosmogr. p. T. I p. ٣٣. — lin. 27. Cur stellas رئيس الدير «principem monasterii» appellaverit, causam non video. Idem orcurrit in gallo p. ٢١٤ l. 7. Dubium quoque est in verbis حامل القبة والطير explicandis. Invenimus Perseum sidus ab Arabibus حامل راس الغول «portans caput daemonis (Medusae)» appellatum esse. Num fortasse stellae aquilae volantis portans coronam australem, quae ab Arabibus القبة quoque appellatur etportans cygnum, ut الطير homoioteleuti causa pro الطاير sit; sed quum locus cygni et coronae borealis in coelo talis sit, ut, cur illorum portans appelletur, causa haud adpareat; fieri potest, ut avem, quod altissime volet, sic appellaverit. — lin. 28. Verba prioris hemistichii modum spectare videntur, quo aves rapaces caeteras venantur, dum alis expansis super eas volant. — lin. 29. Vox سنقر Persica est, qua falconis species ad venandum aptissimi designatur. conf. Kaswini Kosm. T. I p. ٤١٩. Cur ei vestis Fihrica detur, nescio. Fihr est gens Koraischitarum; sed ab ista gente pannos nomen accepisse, nullibi inveni. Vox فهر lapidis quoque nomen est, quo nuces franguntur. Ab eius colore pannum appellatum esse, haud putaverim. — lin. 32. Vox Pers. شاهين falconem album designat. Hunc auctor الدوادار voce composita «atramentarium tenentem» appellavit, quod aulam regiam esse fingit, in qua diversorum munerum administratores praesentes esse solent. De munere Dewadari confer p. 202.

Pag. 210. lin. 3. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. Posterius hemistichium prioris versus «ei est in gente Constantini adnotatio in libris (Pro voce ضبط in uno codice ذكر et pro voce نقط legitur قطر), sine dubio significat, istam avem apud Graecos in honore esse. In Kaswinii Kosmogr. legimus, istam avem nonnisi in Turcarum terra inveniri et in terris frigidis vivere. — lin. 5. Grui vestem muscum referentem dedit sine dubio, quod musco colorem similem habet. Auctor sine dubio الراطن بالتركى «linguam Turcicam barbarice loquens» dixit, significaturus, eius sonos ingratos et haud intelligibiles esse. De ave hac confer Kaswin. Kosmogr. T. I p. ٤٢٣. Ei munus scribae secretorum in aula regia tribuit conf. p. 202. — lin. 6. Dicens eum محور الفلكة esse, auctor volatus harum avium rationem habuisse videtur. — lin. 10. Fortasse cum codice A. لدى الحساب pro لذى الحساب legendum est; sed ذو الحساب is est, qui computum init. — lin. 11. Pavo ناشر مروحة الارتياح «expandens flabellum laetitiae» appellatur, quod caudam pulchram expandere solet. Vocibus الناظر الخاص is in aula regia designatur, qui regis opibus praepositus est conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II p. 48. 59 ed. alt. — lin. 13. Versuum metrum Ramal est ib. p. 239 B. b. — lin. 15. Versus significat, pulchritudinem, quae oculo conspiciatur, maiorem esse, quam ut loquens eam describere possit. — lin. 16. Voces امير الميمنة ducem designant, qui dextro exercitus cornu praeest, ut امير الميسرة is est, qui sinistro cornu imperat. Kaswini T. I p. ٤٠٧ sic refert بازى هو اشد الجوارح تكبرا واضيقها خلقا. — lin. 18. Kaswinius avem النصقر sic

describit: ومن العجب أن الصقر مع صغر جثته يثب على الكركى مع ضخامته وذلك لشجاعة خلقها الله تعالى فى الصقر يغلب به الكركى. Et modum, quo dorcadem venatur, describit. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 21. Voce باشق corpore minimo praedita inter omnes aves rapaces designatur (nisus) Kasw. ib. p. ۴v. Passeres, columbas etc. venatur. Vox جاوش Turcica famulum in aula regia designat. Auctore Meninskio porta ottomanica ad mandata deferenda aut commissiones alias peragendas talibus ministris utitur, quales circiter 693 numero esse solent. Princeps eorum جاوش باشى appellatur, quo in mandatis exsequendis Vezirus utitur. Quale huius viri munus in Aegypto fuerit, accurate definire haud possum. Videtur auctor principem eorum جاوش باشى aut eum, quem Meninskius باش جاوش appellat, animo habuisse, quippe noster eum quoque راس نوبة العساكر appellarit. Haec autem verba dubio haud carent. Vox نوبة, quae vicis, periodi significationem habet, excubias quoque et milites excubias agentes designat. — lin. 24. Rostrum psittaci auctor annulum hyacinthi ob rubrum colorem (Arabibus enim rubri hyacinthi sunt) et formam incurvam paene rotundam appellasse videtur. Ludit quoque voce درر, quae uniones et psittacos designat. Res Indicas et Sindicas miraculosas eum nuntiare dixit, quod in illis terris eum potissimum inveniri putavit. — lin. 26. Appellatus est unio (psittacus); sed eam vestivit etc. Auctor voce درة ludit. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 28. Upupa in libro: Tochfat. Ichwan etc. p. ۱۳۳ descripta est conf. Kaswini T. I p. ۴۲٥. Lubenter legerem الاخبار المارة pro اخبار المارة, quod voces cum vocibus الاحوال السارة coniunctae sunt; sed nescio, num erraverim an in codicibus vox sine articulo inveniatur; sed cur auctor dixerit: «perfert ad locum attaginis nuntios etc. (si vocem الدراج recte verto), nescio. Sed fortasse vox الدراج pluralis vocis الدارج est. Sed nuntios, quos avis illa Salomoni de regina Saba attulisse putatur, auctor animo habuisse videtur conf. Sur. 27, 20 sqq. — lin. 29. 30. Auctor in vocibus عمر et خص, اغرب et شرق (sic enim legendum est) ludit. Voce سبا sine dubio vult reginam, quacum in Corano upupae mentio facta est Sur. 27. 20 sq. Fortasse autem auctor simul verbi significationem «in captivitatem abduxit» ante oculos habuit. — lin. 31. Columbam praefectum cursuum publicorum appellavit, quod columbas epistolis perferendis adhibebant, qua de re confer librum: La colombe messagere etc. Passeres, quum aves inferioris ordinis sint, cum servis comparavit simulque clamores mixtos in schola artis scriptoriae eos appellasse videtur, quod passeres congregati semper sonos edere solent ut pueri in schola artis scriptoriae congregati. — lin. 32. Auctor voces البلبل et الهزار coniunxit, quamquam eandem avem, lusciniam designant, nam vix putaverim voce الهزار aliam lusciniae speciem designari. Aves canentes ساجعات الاسحار appellavit, quod primo diluculo canunt et Deum laudare putantur.

Pag. 211. lin. 1. ومطربات رنات الاوطار „Et exhilarantes sonos rerum necessariarum“. Quid significatio vocis الاوطار „rerum necessariarum“ hoc loco velit, clarum non est; sed vix dubito, quin auctor canendi modos, qui in aula regis necessarii essent, voluerit Vocem الاوطار adhibuisse videtur, ut homoioteleutum vocis الاوتار bene constitueretur. In vocibus ضروب ضروب

prior vox pluralis vocis ضرب modos designat; posterior autem nil esse potest nisi pluralis vocis ضرب nominis actionis a verbo ضرب derivandi, quod in inflandis instrumentis musicis adhibetur; dicitur ضرب البوق. Facilior autem legendi modus est ويبرزون الموسيقاه. — lin. 2. Vox الشحرور eandem avem designare videtur, quam vox الشحير, quae merula esse putatur. Vox الموسيقاه vel ut in alio codice legitur الموسيقار, est Graecum *μουσικη*. Rostrum cum instrumento Sambuca comparavit, quod voce Arabica جنك ex Persica lingua translata appellatur conf. Liber cantilenarum magnus ed. cl. Kosegarten p. 77· 110. Cur autem auctor inter aves vespam appellaverit, aliam causam quam homoioteleuti haud invenio. Voces والطير صافات in Corano Sur. 24, 41 leguntur. — lin. 3. De instrumento طنبور in Libro magno cantilenarum p. 89 sermo est. — lin. 4. Verba وكل قد علم صلاته وتسبيحه in Corano Sur. 24, 41 leguntur. — lin. 8. Versus metrum est ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – – – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – – –, quod sine dubio a Persis ad Arabes translatum دو بيت appellatur conf. libr. meum Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 441 sq. Vox الصروف repulsi significationem habere videtur. — lin. 10. Verbis مشتملا نيسابورية وخلعة سابورية وعليه غلالة بشملة كافورية auctor sine dubio plumas diversi coloris, quibus perdix mas tectus est, describere vult. Inferiores plumas cum vestimento, quod nudum corpus tangit, غلالة seu قميص, comparavit et colorem eius descripturus, vocem سابورية addidit. Vox Sabur nomen provinciae urbisque in Persia sitae est (conf. Kaswini Kosmog. T. II p. ۱۳۴). Ibi sine dubio talia vestimenta conficiebantur. De vocis غلالة significatione confer cl. Dozyi librum: Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes p. 319 sqq. Vox خلعة, quae proprie vestimentum est, quod honoris causa a principe datur, hoc loco nil aliud esse potest, quam vestis pretiosa superior. Ut autem, qualis fuerit, accuratius defineretur, vocem نيسابورية i. e. in oppido Nisabur confecta adposuit. Nisabur urbs in Chorasana (conf. Kaswini Kosm. T. II p. ۳۱۹) sita est; in qua sine dubio tales pretiosas vestes fabricabantur, ut inde cognomen acciperent. Auctor ludens vocibus مشتملا et شمله voce مشتملا adhibita ostendit, voce شملة vestimentum significari, quod, dum super caeteras vestes indueretur, totum corpus operiret. Colorem autem huius vestimenti indicaturus vocem كافورية (camphoram referens) addidit. Hoc autem vestimentum tale fuisse dicit, ut perdix eo indutus doctor Suforum esse videretur. Sufos vestimentis e lana confectis usos esse scimus. conf. cl. Tholucki librum Sufismus p. 35 sq. conf. Notices et extraits des manuscrits T. XII p. 289 sqq. et 402 sqq. — lin. 12. Auctor eandem vocem وقف in homoioteleuto adhibuit; sed in posteriore phrasi, dum vox ما cum eo coniuncta est, paulo diversam in sermone subsistendi significationem offert. — lin. 13. De vocis فغفور significatione confer p. 48. 64. Versus posterior sic vertendus est: Ii non totum officium ipsis impositum praestare potuissent; sed vir nonnisi pro facultate sua manum extendere potest i. e. vir nonnisi tantum praestare potest, quantum vires permittunt. Vox ان in verbis وما ان وفوا superflua est. — lin. 17. Auctor voce اعقدة, cui hoc loco villae significatio convenit, quippe quae vox nodi quoque significationem habeat, ut verbo حل et devertendi et solvendi significatio est, ludit. — lin. 18. In vocibus بكلامك et كمالك tum in vocibus مقامك et مقالك ludit auctor.

— lin. 19. De vocibus العقل et النقل confer p. 18. 23. 183. — lin. 20. Vox مجاز metaphoram, vox حقيقة opposita metaphorae rei descriptionem, ut ea revera se habet, significat. Pluribus vocibus phrasium يبين et يزين homoioteleutum est. — lin. 21. Auctor vocem حظّ adhibuit, ut voci رفع opposita sit. — lin. 22. Vox حضور vocis حاضر pluralis hoc loco esse videtur, aut nomen actionis (praesentia) loco praesentium adhibitum est. — lin. 23. Morem respicit, quo diebus festis ut in nuptiis regis monetas tam argenteas quam aureas et ipsas margaritas super praesentes spargebant. Sic in nuptiis Mamuni et Buranae, Hasani b. Sahl filiae, super pedes Mamuni margaritae spargebantur conf. Ebn-Challikani opus ed. Wuestentenf. Nro. 119. Vox باد in campo viventem, vox حاضر fixum domicilium habentem designat, dum auctor vocibus الحاضرين et الحاضر ludit. — lin. 24. Auctor vocem سجال tanquam singularem adhibuisse videtur, quum adiectivum داسع cum ea coniunxerit; respexisse autem videtur loquendi modum كريم الدسيعة, qui ad generosum, liberalem significandum adhibetur. — lin. 30. Auctor sine dubio verborum lusus causa in voce العوادى dixit تقرع تلك الدواعى «repressit istas res invitantes».

Pag. 212. lin. 1. Auctor sono vocum بجناح النجاح من جنح الجناح ludit. — lin. 4. Verba عدل السلطان etc. in proverbii consuetudinem venerunt, quapropter inter proverbia recentiora ea recepi Meid. T. III P. 1 p. 323. — lin. 7. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 11. Auctor hac in linea multis vocibus ludit. — lin. 14. Legas وجارا حسن الجوار — lin. 16. Versuum metrum Chafif est. ib. p. 262 A. a. — lin. 19. Vox عقيل, quam auctor sine dubio lusus verbi causa adhibuit, obscura est. Nomen gentis est. Anno 380 a principe gentis Ohkail Abu-Duado occisis Thahero filio Nazir-Aldaulae filiisque eius imperium Hamdanidarum in urbe Mosul eversum est. Hoc factum auctor fortasse ante oculos habuit. Abulf. Annal T. II p. 572. Nil quoque obstat, quin virum Ohkail appellatum, qui sub imperio Hacimi bi-Amr-Allah in Egypto nuntios secretos de viris principi adferret, quorum causa multi malis adfligerentur, respexerit. De Sacy Chrest. Ar. T. I p. 197. — lin. 22. In verbis ولما بلغ سيل العرم الزبا وحزام الهمر النطبا auctor duo proverbia ante oculos habuit, quorum unum in Meidanii opere T. I p. 151 sic legitur: بلغ السيل الزبى «Aquae fluxus ad foveas leonum pervenit» alterum ibidem p. 293. sic invenitur: جاوز الحزام الطبيين «Cingulum mammarum locum transivit" quae verba calamitatem ad summum pervenisse indicant. — lin. 25. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B — lin. 27. Mala, quae Hiobus perpessus est, nota sunt. Auctor Corani locum Sur. 21, 83 respicit. In verbis حزن يعقوب tristitia Iacobi auctor historiam Iosephi, quae in Sura duodecima descripta est, animo habuit. Vox يعقوب quum nomen perdicis maris sit, suam ipsius tristitiam simul indicat. — lin. 28. In verbis فرصدنا etc. morem respicit, quo ope horoscopi rei aptam horam invenire studebant. — lin. 29. «Et nos raptor felicitatis vocasset: Festinate, vos duo compotores Djadsimahi!» Viri duo Malicus et Ohkailus filii Faridji e gente Balkain in valle regionis Alsemawae Ahmruum, nepotem regis Djadsimahi a via aberrantem invenerant et ad regem reduxerant. Rex rogantibus, ut compotores regis semper essent,

permisit. Per quadraginta annos apud regem permanentes pulcherrima vita fruebantur. Auctor duos perdices Djadsimahi compotores appellavit significaturus, talem eorum futurum esse statum. Res in Meidanii proverbiis narrata est T. II p. 319 sqq. — lin. 30. ابو الحصين vulpis cognomen est, quae perdices infestat. Alhosain autem, Ahlii filius in loco Cerbela anno 61 occisus est conf. Abulf. Ann. T. I p. 388. Auctor fatum Hosaini in nomine loci كربلا inveniens dixit ludens من الكرب والبلا — lin. 31. Locus وكم لجانا من بنى زغار «Et quoties fugam cepimus a filiis Saghar». Banu-Saghar sine dubio canum venaticorum species sunt conf. p. 135. l. 1.

Pag. 213. lin. 3. Verba لا تخافا etc. in Corano Sur. 20, 48 leguntur. Verbis القيا عصا التسيار proverbii verba قد القى عصاه «Iam baculum suum proiecit» auctor respexit Meid. T. II p. 258. — lin. 4. Dubito, num pro voce وانزلنا legatur وانزلا »et descendite vos ambo!«, ut vox cum voce القيا coniuncta sit. Sic in uno codice legitur. — lin. 7. Versuum metrum Camil est ib. p. 212 A. a. — lin. 10. De vocibus بتخبير المشترى, quibus accurata descriptio designatur, conferas p. 176. 178. — lin. 14. Legas مع الجماعة. Verba اسكن etc. in Corano Sur. 2, 33 leguntur. — lin. 21. In vocibus singulis ناشرا etc. homoioleutum est. — lin. 23 sq. Num verba ثم ختم et sequentia auctoris sint, dubitare licet.

Pag. 214. lin. 7. Loquendi modus رئيس الدير occurrit p. 209 l. 27. — lin. 10. Voces كافى et مصافى sunt pro كاف et مصاف — lin. 13. Auctor vocem الوقوف cum diversa significatione in homoioteleuto adhibuit. Prior vox est pluralis forma a voce وقف legata res; posterior autem nomen actionis verbi وقف stetit. Dicere vult, in amicitia non solum standum; sed ulterius progrediendum esse. — lin. 15. Quomodo voces اصل et فروع ab auctore nostro adhibitae sint, iam antea vidimus conf. p. 226; sed verbi غزر significatio copiosus fuit et lacte abundavit minus convenire videtur. Locus vertendus est: «Radix eius firma est et rami eius prodeuntes copiosi sunt». Loco vocis ينمزج in duobus codicibus يمتزج legitur et hoc praeferendum videtur, quippe octava verbi forma saepius occurrat conf. Hamas. p ٥٣٣ p. 6. — lin. 20. Metrum versus Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 22. Videtur codicis A. legendi modus اتحاد المحبة praeferendus. Versus انا من اهوى ومن اهوى انا نحن روحان حللنا بدنا in Vita Timuri T. II p. 720 occurrit. — lin. 23. Versuum metrum Ramal est p. 237 A. c.

Pag. 215. lin. 4. Versuum metrum Ramal est ibid. p. 237 A. b. — lin. 12. Vox مثال serioris temporis usu mandatum regium designat. — lin. 15. Ingenium (العقل) distantiam eius, quod nobis praestandum impositum est, auctor appellasse videtur, siquidem ope ingenii iudicamus, quantum viribus nostris conveniat. — lin. 19. conf. p. 80 l. 23. Vox السمع in hac linea et sequentibus eandem quam vox النقل significationem habet. — lin. 20 Hi duo inter se victoriam reportare studuerunt, dum ad eum praecesserunt. Auctor dicere vult, unum alteri praeferendum non esse. In Corani loco Sur. 67, 10 legitur: وقالوا لو

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000138

كُنّا نسمع او نعقل ما كنا فى اصحاب السعير — lin. 21. conf. p. 80 l. 24. — lin. 30. Loco vocis تحقق legas وقد تحقق.

Pag. 216. lin. 3. Verba زيّن للناس usque ad حسن المآب in Corano Sur. 3, 12 leguntur. — lin. 7. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 9. Versus metrum Motakarib est ib. p. 281 c.; sed ita constitutum, ut in utroque hemistichio pes فَعَل sit. — lin. 11. Verba Mohammedis وندتْ فى زمن الملك العادل traditione conservata sunt. — lin. 12. Verba ان الله يامر بالعدل والاحسان in Corano Sur. 16, 92 leguntur. — lin. 13 sq. Num verba فلا ملك الا بالعدل recta sint et ab auctore scripta, dubitare licet; quippe antea لا ملك الا بالرجال scripserit. — lin. 15. Voci ترمم significationem passivam reparandi, concinnandi dandam esse puto. — lin. 17. Comparatione ab arcu eius, qui gossypium tractat, ut dividatur, desumta auctor significare vult, senem incurvato dorso fuisse, tum, ut significet, in eius capite nonnisi raros albos crines fuisse, in capita nubes tenues gossypii fuisse dicit. — lin. 23. In verbis قد صرت عظاما ناخرة auctor Corani locum Sur. 79, 11 ائذا كُنّا عظاما نخرة respicit. — lin. 25. Versus metrum Thawil est ib. p. 184 B. — lin 27. Vox الفانى est pro الفان. Vox زه Persicae originis est, qua res vehementer laudatur.

Pag. 217. lin. 6. Verba فانك منقول منها ومسئول عنها sic vertenda sunt: «Nam tu ab eo (in alterum) transferendus et eius rationem redditurus es». — lin. 13. Verba انا نبى السيف Mohammedis traditione conservata sunt. — lin. 18. In verbis فيجازيه الله الحسنى والزيادة auctor Corani locum Sur. 10, 27 للذين احسنوا الحسنى وزيادة respicit. — lin. 19. De construendi modo verborum وأَخْذ المال confer de Sacy Gram. Ar. T. I p. 558. — lin. 25. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 27. Post verba لن ينال الله لحومها ولا دماوها in Corano Sur. 22, 38 statim ولكن يناله التقوى منكم leguntur. — lin. 30 sq. In verbis وما يرضى ظالم غوى وتحمل الحرام هوى ان يتخلص سواء بسوى scribae sine dubio offenderunt, quapropter codices diversum legendi modum offerunt. Qui ex his verus auctoris legendi modus sit, difficile dictu est. Facillimum legendi modum codices A. B. habent.

Pag. 218. lin. 1. In verbis قضية اياس auctor sine dubio Ijasum b. Moahwijah b. Korra Masenitam respicit, cuius viri sagacitas in proverbii consuetudinem venit, ut dicatur: ازكن من اياس «Intelligentior quam Ijas». Sub imperatore Ohmaro b. Ahbd-Alahsis per anni tempus in oppido Bazra iudicis muneri praeerat. Mortuus est anno 122 (aut 121) aetate 76 annorum. Eius vita ab Ebn-Challikano Nro. 104 descripta est. Auctor quae sequuntur narrata, Ijaso haud tribuisse videtur; sed, ni fallor, nonnisi iudicandi modum cum sagacitate Ijasi in iudicio ferendo contulit. conf. p. 5. — lin. 6. Locum sic verto: Et si, quod Deus avertat! hoc illicitum expenditur in peccato et rebus ludicris et ut desiderio pravo quis potiatur et auctoritatem confirmet, maior poena erit etc. — lin. 11. Verba Mohammedis اتدرون من المفلس etc. traditione conservata sunt. — lin. 17. In voce نكال «poena» auctor

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000139

vocis نكل compedis significationem quoque animo habuit. — lin. 18. Verba Mohammedis لتؤدن الحقوق etc. traditione conservata sunt. — lin. 23. Versus metrum Thawil est conf. ib. p. 162 A. — lin. 25. Metrum Thawil ib. p. 162 B. — lin. 29. Versum sic verto: Et si manus eius nil nisi anima ipsius fuisset; eam liberaliter dedisset; petens igitur Deum metuat! (i. e. ne alter animam suam det). — lin. 31. Verba Mohammedis لو كانت الدنيا تزن عند الله جناح بعوضة ما سقى منها كافرا شربة ماء traditione ad nos delata sunt. De vocibus حتى يقاد الشاة الجلحا من الشاة القرناء confer p. 1. — lin. 32. Verba اللهم ارزق آل محمد قوتا Mohammedis sunt.

Pag. 219. lin. 2. Verba كلكم راع وكلكم مسئول عن رعيته Mohammedis sunt. conf. Meidan. T. III P. 1 p. 607. — lin. 3. Verba انا عرضنا usque ظلوما جهولا in Corano Sur. 33, 72 leguntur. — lin. 9. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 14. Abu-Dsarr cognomen unius e sociis Mohammedis fuit. De nomine dissentiunt. Initio Islami ad Mohammedem Meccam venit, tum, postquam ad suos redierat, ad fugientem Mohammedem veniens Medinae mansit usque ad mortem eius. Ab Ohtsmano in exilium missus in loco Alrabadsah diem supremum obiisse dicitur conf. Meid. T. III P. 2 p. 223 et Citab Tadsibi-l'Asmai p. ٧١٣. — lin. 17. Mohammedani inter significationes vocis غسل et vocis وضوء distinguunt. Vox غسل designat lavationem in toto corpore, vox وضوء lavationem in quibusdam membris corporis conf. Reland de religione Mohammedica p. 52 et 60. — lin. 23. Verba ان الله يامر بالعدل والاحسان in Corano Sur. 16, 92 leguntur. — lin. 24. Verba سبعة يظلهم الله etc. Mohammedis sunt. Locus abruptus est, nam e septem personis nonnisi unius امام عادل mentio facta est. — lin. 26. Voci سطا hoc loco vis, qua quis subiugatur, significatio danda est. Verba وكذلك جعلناكم امة وسطا لتكونو شهداء على الناس ويكون الرسول عليكم شهيدا in Corano Sur. 2, 137 leguntur. — lin. 31. Verba عدل السلطان etc. Mohammedis sunt. Et in proverbio dicitur: خير الامور اوساطها «optima res est media" Meid. T. I p. 440.

Pag. 220. lin. 1. Verba والذى نفس محمد بيده انه ليرفع السلطان العادل الى السماء مثل عمل جملة الرعية nisi fallor Ahlii sunt. De Abu-Horaira, Mohammedis socio, qui anno 57 obiit confer Abulfed. Ann. T. I p. 375 adnott. Citab Tsadsibi-l'Asmäi p. ٧٩٠ cl. Weili librum: Mohammed d. Prophet p. 430. — lin. 3. In libro: Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. ٥٣٠ Catsir b. Morrah scriptum est. Viri aetas haud accuratius definitur; sed eum a sociis Mohammedis traditiones accepisse scimus. Verba ظل الله etc. mihi Ahlii esse videntur. — lin. 5. Vox يرفعه, pro qua in meo codice انه يرفعه legitur, dubia mihi est. — lin. 6. Kais b. Sahd socius prophetae erat filiusque socii, Medinensis. Postea cum Ahlio erat, qui eum Aegyto praefecit. Anno 60 aut 59 diem obiit conf. Citab Thadsibi-l'Asmäi p. ٥١٣. Alter autem est Kais b. Sahd, qui anno 119 mortuus est ibid. Fortasse hunc auctor ante oculos habuit. — lin. 9. Verba وهو من صفات الذات واعظم الصفات بمعنى etc. sic vertenda sunt: Ea autem (iustitia) attributis Dei annumeranda est et quidem summum eius attributum est; quod sic intelligen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000140

dum est etc. . . — lin. 10. Verba لا ان يفعل usque ad verba ويذل من يشا homoioteleuto carent. Ex his verba والله يوتى ملكه من يشا e Corano Sur. 2, 248 desumta sunt. — lin. 17. Poeta Ohmar b. Alfaredh natus anno 576 mortuus est anno 632. (conf. p. 29). Carmina eius maximam partem sensum mysticum habent. conf. De Sacy Chrest. Arab. T. III p. 152 sq. edit. pr. — lin. 18. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 24. Ebn-Alchowaizirah cognomen viri e gente Tamim est, qui dixerat, Mohammedem iniustum esse in praeda distribuenda. Res accidit tempore, quo ab oppido Thajef, quod frustra oppugnaverat, recessit conf. cl. Weili librum: Mohammed der Prophet p. 240. — lin. 28. Verba امرت لاعدل بينكم traditione nobis conservata sunt. — lin. 29. In proverbiis recentioribus sic legitur: اسد حطوم خير من وال ظلوم «Leo ossa frangens melior est quam praefectus iniustus Meid. T. III P. I p. 11. — lin. 30. In proverbiis recentibus legitur (Meid. T. III P. 1 p. 497) الملك يبقى مع الكفر ولا يبقى مع الظلم «Regnum cum incredulitate durat; sed cum iniustitia non durat.

Pag. 221. lin. 1. Miror, quod auctor illas a Nuschirwano datas leges in regnis Chinae superesse dixerit. — lin. 3. Vox بازدار ex Arabico بأز (falco) et Persico دار (tenens i. e. accipitrarius) composita est. — lin. 7. Auctor vocibus وَقَرَ, وَقْرٌ et وقرّ ludit. — lin. 8. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. Proverbialis loquendi modus est dicere: احلى من العسل «Dulcior, quam mel». — lin. 14. Nur-Aldinus filius Amad-Aldini Senci occiso patre anno 541 imperio potitus est. Anno 569 in arce Damasci diem obiit. Abulf. Annal. T. III, 501 IV, 15. Auctor autem eum cognomine شهيد non cognominavit, quod in bello contra infideles periret; nam morbus causa mortis erat. Ubi palatium iustitiae exstruxerit, auctor non dixit; sed id Damasci aedificatum esse, vix dubito. — lin. 15 sq. Asad-Aldin Schirguh dux a Nur-Aldino creatus cum exercitu anno 564 Aegyptum occupavit. Ibi autem iam eodem anno diem supremum obiit Abulf. Ann. T. III, 616. — lin. 22. Chalifa Ahbbasida Almanzur anno 136 imperio potitus Abulf. Ann. T. II p. 6 anno 158 decessit. ib. p. 33 sqq. — lin. 30. Verbis بدر لحى «Luna perpetuae salutis» sine dubio Mohammedes designatur. — lin. 31. Vox على pro عال est.

Pag. 222. lin. 1. Verbis رعاه عداه دعاه et عراه auctor ludit. — lin. 2. Vox غالى pro غال est. — lin. 5. „Iam ad extremum pervenerat traditio celsitudinis eius ob altitudinem fulcri eius (refugii eius)“. Auctor voces حديث et سند adhibens id respicere videtur, quod apud Arabes traditio continua testium serie (اسناد) summa fide digna est. — lin. 6. Verbis انا هو ظل فى الله ارضه verba Mohammedis السلطان ظل الله فى ارضه ياوى اليه كل مظلوم respicit conf. Meid. T. III P. 1 p. 608. — lin. 7. De vocibus نفل et فرض confer p. 14. 39. — lin. 10. Verba خاينة الاعين يعلم in Corano occurrunt Sur. 40, 20. — lin 17. De vocibus حبا وكرامة confer p. 26. 28. — lin. 31. Loquendi modus سواك in Corano Sur. 82, 7. obvius est.

Pag. 223. lin. 3. In verbis وزكاهم الكرام الكاتبون Corani locum Sur. 82, 10 وان عليكم لحافظين كراما كاتبين يعلمون ما تفعلون respicit. — lin. 4. Vox مكابرة est terminus loquendi technicus, qui in libro Tarifat inscripto sic explicatur: المكابرة هو المنازعة فى المسئلة العلمية لا لاظهار الصواب بل لالزام الخصم — lin. 6. Verba فما زاد ذلك etc. sic vertenda sunt: Quo magis ille iuravit, eo magis hic eum mentiri haud dubitavit». — lin. 17. Vox التناد homoioteleuti causa pro التنادى est; sed voces يوم التناد in Corano Sur. 40, 34 occurrunt. — lin. 17. Verbis لا ظلم اليوم auctor locum Corani Sur. 40, 17 respicere videtur. — lin. 19 sqq. Verbis اذ ركب السفينة وخرق خرقا مؤديا الى الغرق وقتل النفس الزاكية واقام بغير فانطلقا حتى اذا ركبا فى السفينة خرقها قال أَخَرَقْتَها لتُغْرِقَ اهلَها لقد جِئْتَ شيا امْرا قال الم اقُلْ انّك لن تستطيع معى صبرا قال لا تؤاخذنى بما نسيتُ ولا تُرْهِقْنى من أَمْرى عُسْرا فانطلقا حتى اذا لقيا غلاما فقتله قال اقَتَلْتَ نَفْسا زَكِيَّةً بغير نَفْس لقد جِئْتَ شيا نُكْرًا قال الم اقل لك انّك لن تستطيعَ معى صبرا قال ان سالتك عن شى بَعْدَها فلا تُصاحِبْنى قد بلَغتَ من لدُنّى عُذْرا فانطلقا حتى اذا اتيا اهل قَرْيَة استَطْعَما اهلَها فابَوْا ان يُضيّفوهما فوجَدا فيها جدارا يريد ان يَنْقضّ فاقامَه قال لو شيت لاتّخذتَ عليه أَجْرًا auctor locum Corani Sur. 18, 70 sqq. respicit Quae de Chadhiro et Mose in Beidhawii commentario relata sunt, vide ad Sur. 18, 58. 64. — lin. 22. Verba عالم الغيب فلا يظهر على غيبه احدا et lin. 23. Verba الا من ارتضى من رسول e Corano Sur. 72, 26 et 27 desumta sunt. — lin. 25. Legendum puto cum codice 1510 من ايقن ان الصانع etc. — lin. 29. Versus metrum Camil est Darst. p. 212 A. a. In Vita Timuri T. I p. 346 ed. Mang. similis versus, qui modo دو بيت (conf. Darstell. p. 441 sq.) appellato compositus est, occurrit: لا تحزن فالذى قضى الله يكون مستفعلتن مفاعلن مفتعلانْ مستفعلتن مفاعلن مفتعلان Metrum est .والامر موكل الى كن فيكون In isto loco vox الموكل vitiosa est. — lin. 32. Chalifa Ohmar b. Ahbd-Alahsis iustitiae studio notus (conf. Abulf. An. T. I p. 438) anno 99 in imperium successit ib. p. 438 et anno 101 diem supremum obiit ib. p. 440.

Pag. 224. lin. 1. 2. Verbis امير بلا عدل, quae inter proverbia recentiora recepi (Meid. T. III P. 1 p. 18) simile est proverbium, quod ibidem p. 232 سلطان بلا عدل كنهر بلا ماء «Rex sine iustitia fluvio similis est, qui aquâ caret». — lin. 2. Verba عالم بلا ورع etc. inter proverbia recentiora recepi ibid. p. 356. — lin. 2. Verbis شاب بلا توبة simile est, quod legitur in Meid. ibid. p. 249 شاب بلا توبة كبيت بلا سقف «Iuvenis sine poenitentia sicut domus sine tecto est». — lin. 3. Verbis غنى بلا سخا etc. simile legitur ibid. p. 383 غنى بلا سخاوة كشجرة بلا ثمر «Opulens sine liberalitate instar arboris sine fructu est». Verba فقير بلا ادب etc. inter proverbia recentiora recepi ibid. p 309, nec non verba امراءة etc. ibid. p. 493 et lin. 4. verba قاض جاير etc. ibid. p. 415. Verba العالم بستان etc. usque ad العدل سلك به نظام العالم proverbialem loquendi modum redolent, quapropter homoioteleuto carent. Sectae generali nomine الجبرية appellatae, quarum una الاشعرية homini meritum in agendo concedit, altera الجهمية denegat conf. Citab Almilal wa l'Nihal ed. cl. Cureton p. ٥٩ sqq. ٦٥. Reland de

relig. Mohammedi c a L. I c. 8. Dogma التفويض est, quo homo Deo res suas committit se nil perficere putans. — lin. 15. Verba ولا تجهر بصلاتك ولا تخافت بها وابتغ بين ذلك سبيلا in Corano Sur. 17, 110 leguntur. De oratione Mohammedanorum conf. Maracii Prodrom. P. IV p. 13. — lin. 12. Quae auctor vocibus ترك التخليط وسلوك بين الافراط والتفريط voluerit, haud facile explicatu est. Quae autem sequuntur, quum de Deo intelligenda sint, vix dubito, quin haec tria verba de Deo interpreter, ut vox التخليط significet, in Deo humanum divinumque misceri [1]), vox الافراط in Deo describendo modum excedi; vox التفريط denique minus, quam par sit, dici indicet. Vox autem التقديس significat theologis Mohammedanorum, Dei naturam corpoream haud esse, ut affectibus careat; vox التنزيه autem Deo haud tribuendas esse res, quae Deo haud conveniant (conf. Pocock. spec. p. 270 sqq. ed alt.). Vocibus اثبات الصفات auctor indicat, Deo indoles tribui ut potentiam, scientiam, voluntatem, auditum et visum, sermonem et opera conf. ibid. Vox تعطيل autem dogma designat, Deum omnibus indolibus carere. Vox تشبيه dogma eorum indicat, qui similitudinem inter creatorem et creaturas esse contendunt. Hi, quorum plures diversae sectae sunt, المشبهة audiunt. Illi autem, qui Dei attributa negant, Mohtaselitae sunt, ex quibus variae sectae prodiere (conf. Sharestani p. ٧٥). Vocibus واقتباس النور من جمرين وسلوك امر بين امرين sine dubio indicare vult, in rebus religionis ex duobus fontibus animi (العقل) et revelationis (النقل) hauriendum esse (conf. p. ٨١ supr.). — lin. 14. Vox الجبر dogma eorum est, qui الجبرية audiunt negantes hominem agere; sed Deo actionem hominis adscribendum esse dicentes conf Maraccii Prodrom. pars III p. 75 et Sharestani p. ٥٩. — lin. 15. Vox الحذاريات a lexicographis vocibus: القوم الذين يحذرون اى يخوفون «gens, quae monet seu timorem incutit». Auctor sine dubio verborum lusus causa voces coniunxit. Amatus eorum, qui monent, virum probum designare potest. — lin. 16. Vox الوضوء modum designat, quo Mohammedani ante preces faciendas faciem, manum pedesque lavant. Maraccius in Prodromo P. 4 p. 11. dixit: «Et repetitio lotionis fiet tribus vicibus», ubi plura de modo lavandi ante preces adnotata sunt. — lin. 17. De oratione egit Maraccius in Prodromo P. IV p. 13 conf. Reland de relig. Moham. p. 69. Vocibus ارکان الصلاة bases orationis (precum) designantur, quae sex numero sunt: prima est: dicere اكبر الله; secunda: stare; tertia: partem Corani legere; quarta: incurvare caput dorsumque الركوع; quinta: adorare Deum (السجود); sexta: dicere لا اله الا الله Septem autem sunt res in oratione necessario observandae, quarum septima est تعديل الاركان i. e. illas bases secundum ordinem perficere conf. Maraccii Prodrom. P. IV p. 16 sq. Vocibus بل التعديل addit, in oratione rectum modum tenendum esse, ut neque nimis brevis neque nimis longa sit. — lin. 20. De eleemosynis seu decimis pluribus egit Maraccius in Prodromo P. IV p. 19 et Relandus de religione Moham. p. 76 sqq. Verba ان لا يتمموا الخبيث منه ينفقون etc. sic vertenda puto: «Ut pravorum pecorum numerum non compleant

1) Sed vox significare quoque potest, philosophorum sententias cum Mohtaselitarum placitis misceri conf. Sharestani p. ٣٧.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000143

inde expensuri neque Deo offerant res ipsis ingratas». Nonnisi ex certo pecorum numero decimae dandae erant. Quod si igitur numerum pecorum pravorum complebant, ut ex iis decimae danda essent, bona peccora seorsim relinquentes loco decimarum pecora ipsis ingrata offerebant conf. Maracc. loco cit. p. 20 Reland. p. 77 sqq. Postulat igitur auctor, ut decimas daturi oculos paene claudant, ne prava pecora eligant. Neque vero lex imperare videtur, ut optima pecora in decimis dandis eligantur. — lin. 22. De ieiunio, cuius rectum modum auctor describit conf. Reland l. c. p. 84 Marac. l. c. p. 21. — lin. 24. De itinere sacro Meccam faciendo confer Reland. l. c. p. 86 Marac. l. c. p. 23. — lin. 25. Neque ministri Omari Iarfa neque pretii iumenti Mohammedis in operibus, quae inspicere mihi licuit, mentionem inveni. — lin. 29. Verba والذين اذا انتقوا etc. in Corano Sur. 25, 67 leguntur.

Pag. 225. lin. 4. Verba Corani Sur. 57, 25 inveniuntur. — lin. 7. Verba ان الله يامر بالعدل والاحسان in Corano Sur. 16, 92 leguntur. — lin. 8. Legendum videtur فى روضه النضير. Fachr-Aldin natus in oppido Rai anno 543 aut 544 diem obiit anno 606 in urbe Herat. Commentarius Corani, cuius hoc loco mentio fit, in bibliotheca Bodlejana Nro. 12 existit conf. Dizionario storico degli auctori Arabi dal de Rossi. Titulus esse dicitur مفاتيح الغيب; sed in Ebn-Challikani libro Nro. 611 auctorem hoc opus haud perfecisse legimus conf. Sojutii librum de interpretibus Korani Lugd. Bat. 1839 p. ٣٩. Eundem auctorem libri, cuius partem in Chrestomathia mea priore et posteriore edidi, fuisse putaveram (conf. p. IV); sed me hac in re errasse cognovi, quippe in isto libro (conf. Chrest. gram. hist. p. ٨٣) temporis mentio facta sit, quo Holagu anno 656 urbem Bagdad expugnaverit, ut auctorem seriore tempore vixisse, sequatur. In Chrestomathia de Sacyana ed. alt. legimus, auctoris opus anno 701 finitum fuisse. — lin. 13. De vocibus اخلاص et شرك conf. pag. 1 l. 18. — lin. 22. Verba الا يعلم من خلق in Corano Sur. 67, 14 leguntur. — lin. 23. Djahfar b. Mohammed natus anno 80 diem obiit in oppido Medina anno 148. Ordine sextus est Imamorum. conf. Abulf. Ann. T. II p. 22. — lin. 29. Verba خير الامور اوسطها in proverbii consuetudinem venerunt. Loco vocis اوسطها in Meidanii opere T. I p. 440 أوساطها legitur. — lin. 31. Scientia الادب appellata cum nostra philologia comparari potest, quippe quae efficiat, ut eâ instructus recte loquatur et scribat. Noster ei partes dat lexicographiam et grammaticam conf. Hadji-Chalfae lexicon bibliographicum etc. T. I p. 215. — lin. 32. Scientia علم المعانى (conf. p. 7. 151.) appellata nos docet, ita componere voces, ut aptum praebeant sensum. Ars metrica apud Arabes duabus partibus continetur, scientia metrorum العروض et homoioteleutorum القوافى (confer librum meum: Darstellung der Arab. Verskunst etc. p. 3)

Pag. 226. lin. 1. De scientia medicinae (p. 63) conferas, quae Hadji - Chalfa adnotavit T. IV p. 125 sqq. — lin. 2. Auctor noster, quum scripserit علم التفسير والقران «scientia interpretandi (Coranum) et Corani, scientiam Corani a scientia interpretandi Coranum diversam esse putavit. Necesse igitur est, ut scientia Corani res praeter

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000144

interpretationem tractet ex. gr. scientiam legendi etc. De interpretatione Corani pluribus in Hadji-Chalfae libro dictum est conf. T. II p. 328. Mirum quoque est, quod auctor علم السنة والحديث «scientia Alsonnae et traditionis» dixerit, quippe Alsonna leges contineat, quae ex dictis factisque Mohammedis derivatae sunt. Istae autem leges traditione الحديث nituntur, cuius ope facta dictaque Mohammedis asservata sunt. De scientia traditionis confer Hadji-Chalfam T. III p. 23. — lin. 4 Quae de historia Hadji-Chalfa scripsit vide in opere T. II p. 95. — lin. 5. علم الكلام est metaphysica, in qua quaestio est de Dei existentia, Dei facultatibus, de rerum initio et fine ratione habita religionis Islamicae. علم الاصول Scientia dogmatum fundamentalium. De vocibus معقول et منقول confer p. 18. 23. 183. — lin. 6. علم الفروع. Scientia dogmatum derivatorum. — lin. 14. Verba لكن يناله التقوى منكم in Corano Sur. 22, 38 leguntur. — lin. 16. Verba تعلموا حتى السحر Mohammedis esse videntur traditione asservata. — lin. 17. Versus Abu-Ferasi sunt poetae e gente Hamdanidarum, qui anno 320 natus anno 357 occisus est. conf. libr. meum: Selecta ex historia Halebi adnott. 134. 138. Metrum Hesedj est conf. Darstell. p. 226 a. — lin. 19. Verba ويجعل مراده مرادة dubia mihi sunt. Vox مرادة esse potest locus, ubi pabulum quaerunt, ut verba, quibus ludit auctor, sic vertantur: Et facit rem suam expetitum locum, ubi quaerunt quamvis scientiam. In uno autem codice mihi legi videtur (nam codices hoc tempore ante oculos non habeo) ويجعل مراده مادة «et facit rem suam expetitam materiam cususvis scientiae. — lin. 25. Verba Corani قل هل يستوى etc. in Sura 29, 12 leguntur. — lin. 30. Versus, qui p. ١٠ quoque citatus erat, metrum Wafir est ib. p. 204 A.

Pag. 227. lin. 7. Voci الطريقة in verbis يا شيخ الطريقة hoc loco significatio danda videtur, quae in libro Tarifat inscripto sequentibus verbis exprimitur: الطريقة هى السيرة المختصة بالسالكين الى الله تعالى من قطع المنازل والترقى فى المقامات العالم عبارة عن هولاء. In vocibus «Mundus explicatio horum (sapientum) est» auctor vocibus العالم «mundus» et العالم „doctus“ ludere videtur significaturus, mundum doctis consistere. — lin. 10. Versuum metrum Basith appellatum est, de quo conferas librum meum: Darstellung d. Arab. Verskunst p. 190; sed in vocibus صابون الاستغفار metrum mancum est, ut, quomodo versus legatur, difficile dictu sit. Fortasse buno las ⏑ – ⏑ – aut bun alas ⏑ – ⏑ – legendum est. Posterior versus sic vertendus est: sed quasnam sordes sapo removere potest, quum videmus eum factum esse crimen sordesque. — lin. 15. Auctor Tataros in Oriente tanquam Nomades in campis habitasse dicit. Hoc autem nomen multas gentes olim Scythas appellatas complectitur, ut Mogoli earum pars sint. Reliquias eas esse gentium, quae olim nomine generali Iagog et Magog notae erant a Iapheto oriundae. Qui autem scire cupit ea, quae Arabes de hisce gentibus et Alexandro magno fabulantur, Kaswini Kosmographiam p. ٤٠٠ et ٤١٩ et Coran. Sur. 18, 93. adeat. Auctor noster sine dubio voce الترك ludens hasce gentes Turcas appellatas esse, dicit, quod in istos muros introire intermiserint (تركوا); nam sedes Tatarorum et Mongolorum a terra Turkestana multum remotae erant, ut diversae gentes tam origine quam naturâ essent; sed Herbelotius s. v. Turk hoc nomen et Mogolis aliisque dari contendit. Djengiskhanum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000145

omnes hasce gentes antea separatas coniunxisse. Tantum autem terrae spatium eas incoluisse, ut, qui ab Oriente versus Occidentem aut a Septentrione versus Austrum tenderet, per octo menses ei iter faciendum esset. Idem quoque in libro: Hist. des Mogols T. I p. 217 adn. legimus. Describit porro auctor fines harum regionum. In Oriente finem esse regnum Chathae i. e. Chinae regiones septentrionales usque ad urbem magnam Chan-Balik appellatam conf. Abulf. Geogr. p. ٣٩٧. ٥٠٤. ٥٠٩. Pone hanc urbem in Oriente primam urbem in regno Chinae Chaisar sitam esse. Versus Septentrionem fines esse Kirkir et Salancai, quorum notionem accuratiorem non habeo. Versus meridiem fines esse regiones urbis Toncat, quae in terra Maweralnahr sita est Abulf. Geogr. p. ٤٩٨ et regiones Tibet, de quibus Kaswinii Kosmographiam P. 1 p. ٥٤ inspicias et regiones urbis Tit, quae in tabula Hadji-Chalfae in Turkestana ultra superiorem fluvium Djihum (Oxum) sita est. In occidente autem fines esse terras gentis Uighur et regiones Turkestanae conf. Kaswini p. ٣٤٥, ٣٩٩ usque [1]) ad provinciam Maweralnahr Abulf. p. ٤٨٣ sqq. Kaswini p. ٣٧٤.

Pag. 228. lin. 1. Auctor res, quae Mohammedanis lege interdictae sunt, respicit conf. l'Alcoran par du Ryer T. I p. 258 sqq. Canis autem et glis Mohammedanis impurissima animalia putantur. Idem dicit Vincent in libro: Miroir historique lib. 29 c. 75. — lin. 4. Vox قسوق in lingua Persica speciem hederae designat; sed haec significatio hoc loco habere non potest. Auctor duas voces الاصنام et الاوثان coniunxit, ut omnia cuiuslibet generis idola significaret. — lin. 6. Voci زجرة, plurali vocis زاجر, hoc loco augurum significatio tribuenda videtur. — lin. 7. Verba وان الشياطين ليوحون الى اوليايهم in Corano Sur. 6, 121 leguntur. — lin. 11. Vox تجملات Meninskio auctore voluptuosae res, mobilia domestica designat. — lin. 12. Voci الصدف significatio partis abruptae montis danda est. Sine dubio montanas regiones, quas maior muri pars coniungit, designat. Eadem vox in Kaswinii opere p. ٤٠١ adhibita est. Auctor autem Corani locum Sur. 18, 92 sqq. animo habuit conf. Beidhaw. commentar. — lin. 16. Auctor Mohammedem dominum Ahdnani appellavit, quod ab Ahdnano Arabes, Ismaelis progenies, derivantur conf. Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme T. I p. 8. 179. 181 sqq. — lin. 14. Vox تموجين, quum in lingua Mongolica optimum ferrum designet, cognomen viri esse videtur ob fortitudinem viro datum conf. Histoire des Mogols T. I p. 36. — lin. 17. Verba, quae Mohammedes dixisse narratur, traditione asservata sunt. — lin. 19. Arabes dicunt, adventum Messiae falsi indicium propinquitatis extremi iudicii esse. Hunc quoque multos Iudaeos et incredulos secuturos esse putant conf. l'Alcoran par du Ryer T. I p. 163 sq. et librum تهذيب الاسماء p. ٣٣٨. — lin. 20. Verba وما يعلم جنود ربك الا هو e Corano Sur. 74, 34 sunt. — lin. 22. Verba

1) ايغور est Meninskio auctore extrema Orientis ditio Turcicis Scythicisve gentibus habens vicinos Tartaros, Mogoles. Hisce ad Orientem confines sunt Chathaei. Auctor igitur gentem Occidenti propriorem esse putavit. In tabula Geographica quae libro: Histoire des Mogols par d'Ohsson addita est, gentis huius sedes erant in regione sub lacu Kisilbasch in meridie montium magnorum Althai sita conf. Hist. des Mogols T. I p. 107.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000146

اعضاد الاسود وفى melius in uno codice omittuntur. — lin. 23. Pro voce ويتفكه legendum puto يتفكه. Vocibus ماضغ شيح وقيصوم pauperem auctor designavit conf. p. 151 l. 5. Vocem علجوم nonnisi homoioteleuti causa et ut voce luderet, addidit. — lin. 24. Vox مغلوك, quae in omnibus codicibus est, in lexicis desideratur, quapropter eam epitheton pauperis esse, ut non multum a significatione vocis مغلوق differat, coniicio. — lin. 25. Verbo استفرش significationem loco strati habuit (coniugis) (ut pro libito iis uterentur) tribuendam esse puto. — lin. 26. Versus metrum Thawil est ib. p. 162 B. — lin. 27. Voces البطاين المروية mihi significare videntur «tegumenta pedis, qualia in oppido Merw faciebant». Merw autem nomen oppidi in Chorasana siti est conf. Dictionnaire détaillé des noms des vetements etc. p. 81. — lin. 32. Deum haud interrogari loquendi modus est oppositus ei, quo homo interrogatur conf. Sur. 55, 39.

Pag. 229. lin. 2. Loquendi modus واذاقة e Corano desumtus est confer Sur. 6, 65. ubi legitur: ويُذيقَ بعضَكم باسَ بعض — lin. 8. 9. Auctor ludit vocibus كسر et الاكاسرة, قص et القياصرة, فرع et الفراعنة, قهر et قهارمة. De vocibus الاكاسرة, القياصرة, الفراعنة confer p. 48 l. 4. — lin. 12. Nimrod nomen regis Babyloniae est, quocum Abrahamo rem fuisse Arabes fabulantur conf. Coran Sur. 21, 69. Schaddad autem Ahditarum rex (conf. p. 54. 76) inter alia, quae peregisse narratur, palatium exstruxit, quod delebatur. Quapropter auctor noster scripsit: لبنيا قصور قصورهما وقصاراهما «Exstruxissent palatia debilitatis suae et extremi sui» ludens vocibus. — lin. 17. Caichosrew et Caikobad duo Persarum reges, quorum ille celeber rex Cosróes est, hic primus rex ex dynastia Cajanidarum. — lin. 19. Pronomen in voce فيهم ad vocem تحكمه; in voce اليهم ad vocem تحكيمه referendum est. — lin. 21. In vocibus قابله بالمقاتلة وقاتله بالمقابلة verborum lusus est. — lin. 22. سورة المجادلة ordine quinquagesima octava est. — lin. 30. Vox اسمطة pluralis est a plurali سماط «series» derivandus. — lin. 31. De proverbiali loquendi modo استاصل شافتهم conferas Meid. T. I p. 104.

Pag. 230 lin. 2. Vertas: Quae tritis vestibus maledictionis magis tecta erat, quam cepa. De tribu Kutat unde Djengischanum ortum esse dicit auctor noster, in libro: Histoire des Mogols par d'Ohsson nil inveni. De proverbio اكسى من بصلة confer Meid. T. II p. 385. — lin. 5. Vocem خصيب ab aliis nonnisi de regionibus proventu abundantibus adhibitam inveni. — lin. 6. De rege, quem noster Chathae regem اونك خان appellat, confer librum Histoire des Mogols par d'Ohsson T. I. — lin. 9. Auctor vocibus عين اعوانه وعون اعيانه ludit. — lin. 16. Pali, ad quos funes tentorii adligantur, si bene in terram infixi sunt, tentorium venti vi abripi non potest. Hoc in hominem translatum est. — lin. 20. Vox الشنان pro الشنار est. — lin. 23. In libro: Histoire des Mogols par d'Ohsson etc. T. I p. 69 pastores duos Kischlik et Bagei appellatos Temudjinum de re certiores fecisse, legimus. Res autem ibi diverso modo narrata est. — lin. 24. Djengischan titulus honoris, qui in lingua vetere Turcarum regem regum designet, esse dicitur conf. Reiskii adnott. ad Abulf. T. V p. 687. In Abulf. Ann. T. IV p. 278 initia Djengischani aliter narrata sunt. — lin. 25. Loquendi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000147

modus قد طبخت لك قدرة cum opinione Arabum cohaeret, daemones fumo plantae حزاء depelli posse conf. Meid. 10, 14. Verbo مالا consentiendi significatio hoc loco tribuenda est. — lin. 28. De loquendi modo بتخمير المشترى confer. p. 176. 178. Ludit auctor significatione verbi باع et vocis المشترى. — lin. 29. De vocibus زيد وعمرو confer p. 9. 34. 59. etc.

Pag. 231. lin. 2. Baldjuna nomen aquae est. De rebus ibi et postea actis confer librum: Histoire des Mogols T. I p. 51 sqq. — lin. 5. De Djengischano confer Herbelot. s. h. v. et l'histoire du grand Genkizhan par Mr. Petit dela Croix et Histoire des Mogols par M. d'Osson T. I p. 37 sqq. — lin. 15. Vox ترخان, quae Persicae originis esse dicitur, proprie eum designat, qui liber a vectigalibus est; sed vox statim ab auctore explicatur. — lin. 16. Vox المعاف est pro المعافى liber, incolumis. — lin. 20 sq. Tres voces تواقيع ومناشير, et تقارير auctor coniunxit significaturus, cuiuslibet generis diplomata data esse, ut nullum unquam dubium restaret. — lin. 26. Antea p. ٣٣٠ l. 6. Onc-chanum regem regionis Alchatha fuisse dixerat; hoc victo et occisso a Djengischano missum esse legatum ad imperatorem Chinae et Alchathae. Ex hoc loco, nisi auctor erravit, sequitur, regionem Alchatha sub rege, hunc regem autem imperatori Chinae submissum fuisse ut hic imperator Altun-Chan Chinae et Alchathae appellari posset. In libro: Histoire des Mogols T. I p. 84 legimus, gentes in septentrione Chinae habitantes sub imperio regum Altun-Khans appellatorum fuisse, ut non nomen; sed cognomen plurium regum fuisse videatur. — lin. 30. Auctor noster regem Chathae et Chinae titulo Chakan designat, quae vox regem designat; sed Herbelotio auctore omnium trans Oxum inter Turcas, Mogolos, Tartaros, Chataeos et Chinenses regnantium imperatorum titulus erat. Vox لاش pro لا شى est.

Pag. 232. lin. 3. Verba وطير اجنحة مراسيمه etc. ad morem spectant, quo isto tempore columbis utebantur ad epistolas celeriter in regiones dissitas perferendas conf. p. 6. 210. — lin. 6. Mogoli Tartarorum optima pars, e qua imperatores eorum originem ducebant, in regionibus urbis Karakum sedes habebant. Karakum autem in finibus Turkestanae orientalis est Abulf. Geogr. p. ٥٠٥ قال ابن سعيد وقراقوم كدنت قاعدة التتر وفى جهاتها بلاد المغل وهم خالصة التتر ومنها خاناتهم. Cum uno codice melius legendum videtur ووﻻيات الجتا والترك, quippe Mogolorum iam antea mentio facta sit. — lin. 7. Otrar autem nomen oppidi Turkestanae est. — lin. 9. Vox برد sine dubio pluralis vocis بريد est, qua equi designantur in via dispositi, quibus vehentes nuntios perferebant. Designat quoque vox spatium quatuor pharasangarum in via conf. Histoire des Mogols T. I p. 406. — lin. 14. Vocibus ارباب الناقوس «domini crepitaculi lignei Christianos significare vult, quod in Oriente crepitaculo ligneo adhibito tempus precum indicare solent. — lin. 15. Verbis من يسجد لها اوان الرجوم «Qui eas (stellas) tempore, quo cadunt, adorant» morem cultorum stellarum auctor respicere videtur. — lin. 16. conf. Histoire des Mogols T. I p. 412. — lin. 26. In libro: Histoire des Mogols T. I p. 415 legimus, Djengischanum scripturam gentis Ouigour (conf. ib. p. 107) accepisse. — lin. 29. In codice 1510 litterae descriptae erant. —

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000148

lin. 32. Vox مساطير sine dubio idem designat quod vox مساطر (scripta). Vox رسومات est pluralis a plurali رسوم «leges, iura» derivatus. Meninskio auctore voces رسوم ديوانيه designant contributiones aulae iurave aulae aut tribunalis.

Pag. 233. lin. 2. In voce خلاف duplex significatio est, salicis et dissensionis. — lin. 5 sqq. De moribus et legibus, quas Djengischanus instituit, confer Histoire des Mogols T. I p. 408 sqq. et p. 415 adn. De Sacy Chrest. Ar. T. II p. 160 sqq. Notices et extraits des manusc. T. V. p. 205 sqq. — lin. 7. Et in voce مرجا ob sequentem vocem ورعوها prati significationem auctor ante oculos habuisse videtur.

Pag. 234. lin. 1. conf. Histoire des Mogols etc. T. I p. 413. — lin. 10. Vox مقر ut الجناب titulus honnoris est, quo in epistolis utuntur. — lin. 13. Vox زمكت obscura est; codex B زينت habet. Loco vocis زمكت aut زملت aut زينت legendum puto. Litterae regiae honoris causa pannis pretiosis involvebantur. — lin. 14. Auctor noster Manem pictorem simulque eundem, qui librum Sendavesta appellatum composuerit, esse dicit. Duae personae nomine Manes distinguuntur, una Chinensis pictor celeberrimus, qui superbiâ elatus prophetam se esse diceret, altera Persa, cui liber Zendavesta tribuitur. Videtur igitur auctor noster unam cum altera confudisse, ut, quod Chinensis esset, Persae esse diceret. Ei igitur Manes nonnisi unius personae nomen fuisse videtur. Voces فى كتابه المسمى بزندواستا ab alia manu quam auctoris additae videntur, quum homoioteleuto careant. — lin. 17. Res, quam Arabes sulphur rubrum appellarunt, rara est et hanc ob causam maximi pretii, quamquam nonnulli sulphur rubrum haud existere, alii aurum esse dicunt, tamen in proverbii consuetudinem venit dicere: rarius, quam sulphur rubrum Meid. T. II p. 149. — lin. 18. conf. l. 31. Auctor vocem التورة adhibuit, quae miro modo cum voce Hebraica תורה consentit, ut eandem esse credere possimus; sed legimus in Chrestomathia de Sacyana T. II p. 184, Abul-Mahasenum sic scripsisse: Omnis agendi ratio, quam Malic-Althaherus sequebatur, moribus regum Tartarorum et legibus Djengischani, Iasak et Toura nixa est. Vox Iasak significat dispositionem et vox Toura in lingua Turcica agendi modum designat. Noster autem Mogolicam esse dixit. — lin. 20. Auctor vocibus يبنوا لدار المملكة خانا ludit, quippe vox خان Chanum (imperatorem) et hospitium, officinam designet, quapropter voce يبنوا (aedificarunt) usus est et simul دار المملكة dixit. — lin. 22. Lingua Chorasmica قورلتاى auctore Meninskio magnum conventum designat. Conveniebant omnium tribuum principes conf. Histoire des Mogols T. I p. 98 sq. Nomen جغتاى eodem auctore nomen tribus fuisse dicitur, e qua Timur originem duxerit. In libro: Histoire des Mogols T. I p. 415 legimus, Djengischanum filio suo Djaghatai imperasse, ut hisce legibus observandis curam haberet. — lin. 23. Vocibus الصحابة الكرام socii Mohammedis designantur.

Pag. 235. lin. 3. Vox الجوك, quam in lexicis haud inveni, ex hoc loco in lexicon meum recepi. Clarum est, esse tympani speciem, quod pulsatur. — lin. 6. Verba ونثر النثار من

الدرهم والدينار ad morem spectant, ex quo diebus festis nummi spargebantur. Sic quoque verba وخلع etc. conf. p. 26. 237. — lin. 7. Auctor vocibus فى دروس النفايس ابحاث التصريف ludit quippe vocibus دروس et التصريف duplex significatio sit, ut aut verti possint «(et repetivit) in delendis rebus pretiosis disquisitiones erogandi» aut «(et repetivit) in scholis rerum pretiosarum disquisitiones declinationis». Vox دروس esse potest aut nomen actionis aut pluralis vocis درس et vox تصريف significationem declinationis in arte grammatica habet. — lin. 8. Verba ثم انصرفوا يفقهون..... e Corano Sur. 10, 128 desumta sunt. — lin. 10. Voce الدشت campi designantur a nomadibus habitati. Duplex autem est Descht, دشت قبجاق «Descht-Kapdjak» supra mare Caspium siti campi et دشت كبير supra Turkestanam versus Septentrionem campi extensi. Quid autem auctor vocibus ولايات الجغتاى والروم accurate dicere voluerit, haud clarum est. Mihi vocibus ولايات الجغتاى regiones, quas Timurus sibi subiecerat, significare videtur, quibuscum vocem الروم coniunxit, quod Timurus plures regiones, quas sub Graecorum imperio erant, occupaverat. De terris Graecorum confer Abulf. Geogr. ٣٧٨ — lin. 12. Verba لا تزغ usque ad الوهاب e Corano Sur. 3, 6 desumta sunt. — lin. 15. Abulfeda in Annal. T. IV p. 278 ad annum 616 Djengischani res modo a nostro auctore discrepante narravit. conf. Histoire des Mogols T. I p. 204 sqq. ubi res paulum diverso modo narratae sunt. — lin. 18. Voces قوقاق et ايميل duarum urbium nomina sunt, ut puto, in regione, ubi gens Oigour sedes habebat, sitarum. — lin. 22 sq. Nuschtecin Turca, servus Melikschahi Seldjukidae, qui provinciam Chorasan obtinuerat administrandam, auctor gentis erat. De dynastia gentis huius confer librum: Histoire des Mogols par d'Ohsson T. I p. 179 sqq. — lin. 24. Vox بلاشْ est pro بلا شىٍّ.

Pag. 236. lin. 24. In vocibus رسالة عاطرة morem auctor respicit, quo epistolae ad principes missae odoribus bonis induebantur. — lin. 32. جرجانية nomen urbis est sic ab Arabibus appellatae in ripa meridionali Oxi siti Abulf. Geogr. p. ٤٧٧ sq.

Pag. 237. lin. 1. De bellis contra imperium Kara-Chita confer Histoire des Mogols T. I p. 181 sq. — lin. 5. Verba متاخمين بلاد اترار «confines terrae Otrar» haud accurate situm illarum regionum describunt; sed auctor terrâ Otrar sine dubio regnum Chawaresmiae significare vult. — lin. 9. In vocibus دقت البشاير, pro quibus verba ضربت البشاير quoque inveniuntur, instrumenta laetitiae (tympana) pulsabantur, auctor morem respicit, quo laetos nuntios incolis tympanis pulsatis annunciabantur conf. p. 29. 144. Selecta ex historia Halebi p. XII praef. — lin. 10. In vocibus اقاما العزا morem respicit, quo mortuo viro celebri luctus cermoniae instituebantur conf. p. 36. Abulf. Ann. T. IV, 136. 138. — lin. 12. De vocibus سد ياجوج وماجوج confer p. 48. — lin. 13. Verba وستعلمُنّ etc. e Corano Sur. 38, 88 sunt. — lin. 15. Versus metrum Camil est ib. p. 212 A. a. — lin. 19. De bello, quod Chawaresmschah Mohammed chalifae Ahbbasidae intulerat confer Abulf. Ann. T. IV p. 262 et adnott. Histoire des Mogols T. I p. 185 sqq. — lin. 23. Hemistichium metri Thawil est ib. p 162. — lin. 25. Bochara et Samarkand duae urbes provinciae Mawe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000150

ralnahr sunt, de quibus confer Abulf. Geogr. p. ۴۸۸, ۴۹۳. — lin. 26. In verbis: super pauperes Damasci saccharum Kandi proiectum esse, morem respicit, quo die festo nummi et e saccharo res confectae inter homines spargebantur conf. Selecta ex historia Halebi praefat. p. XII. — lin. 28. Verba شر اهر ذا ناب «Malum est, quod feram gannire fecit» proverbium est, de quo vide Meid. T. I p. 675. Sed, cur Damasci pauperes dixerit, dubium est. Fortasse res in urbe Damasco frequentissima erat. — lin. 22. In voce طير morem respicit, quo epistolae per columbas in regiones mittebantur. conf. p. 6, 210, 232. Vox دربندات ex Persico دربند in linguam Arabicam translata vias angustas in hostium finibus designat.

Pag. 238. lin. 8. In vocibus سالبوا et لاسبوا, رابضوا et ضاربوا, خابطوا et خاطبوا auctor ludit; siquidem eiusdem litteris, sed diverso ordine compositae sint. — lin. 10. Versus metrum Thawil est ib. 162 A. — lin. 14. Verba قدمت يداه in Corano saepius occurrunt conf. Sur. 18, 55. 22, 10. 78, 14. — lin. 15. De verbis واني يجدى الندم وقد زلت القدم confer p. 166. 198. — lin. 16. Vox الشهاب mihi esse videtur pro شهاب الدين; sed de viro nil notatu dignum habeo. Vocis الخيوق in libro لب اللباب mentio facta non est. — lin. 20. Quid auctor verbis اهل بيضة الاسلام voluerit, difficile dictu est. Voces بيضة الاسلام hoc loco urbem capitalem significare videntur. Num Bagdadum aut urbem capitalem regni sui velit, dubio haud caret. — lin. 29. Verba اهل مكة اخبر بشعابها proverbialem loquendi modum redolent, quapropter inter proverbia recentiora ea recepi. — lin. 30. Verba الدفع اولى من الرفع «Iniuriam repellere magis convenit, quam de iniuria queri» iurisconsultorum effatum est. — lin. 30. De legatis Djengischani confer Hist. des Mogols T. I p. 207. — lin. 31. Verba ما يشيب الغراب a proverbio حتى يشيب الغراب desumta sunt. Meid. T. III P. 1 p. 265.

Pag. 230. lin. 3. Voce عليكم nobilem vestrum et quoque Ahlium vestrum auctor indicare vult, Chawaresmschahum Ahlii familiae favisse, ut chalifae Ahbbasidae bellum inferret conf. Abulf. Ann. T. IV p. 684 adn. 186 et librum hunc p. ۲۳۷ l. 18. — lin. 5. Auctor vocibus اتركوا الترك ما تركوكم ludit. — lin. 10. Verbis وسينصر الله المظلوم auctor respicere videtur Corani locum Sur. 17 35 ومن قُتل مظلوماً . . . . . انه كان منصورا — lin. 10 et 12. Verbis وينفتح etc. et verbis ولينسلن etc. ad locum Corani Sur. 21, 96 respicit. — lin. 13. In Geographia Abulfedae has duas urbes in provincia Maweralnahr in finibus Turkestanae sitas esse invenimus p. ٥٠٠. Ebn-Saihd autem Caschgar urbem principalem Turkestanae fuisse dixit et sic in charta Hadji-Chalfae adnotata est. Duae autem illae urbes propinquae erant. — lin. 14. المار ذكره confer p. ۲۳۰ l. 6. De rebus gestis confer librum: Histoire des Mogols T. I p. 207 sqq. — lin. 22. In verbis وبريهم عين الغلة قبل الاثر duo monenda sunt, unum, quod voce الغلة servi conditionem indicare voluerit, quippe الغلة sit vinculum in collo servi; alterum, quod vocibus عين et الاثر proverbium لا اطلب اثرا بعد عين «Non quaero vestigium post rem ipsam» respexerit. — lin. 22. Sultanus Chawaresmschah in Iracam profectus erat p. ۲۳۷ l. 18.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000151

Pag. 240. lin. 8. Verba الحرب سجال «bellum est situla», quibus modo adversum modo secundum esse significant, in proverbii consuetudinem venerunt Meid. T. I p. 384. — lin. 14 sq. Locum sic vertoet intelligo: Non fastidivere tractare hastas breves et bellum facere, donec diluvium sanguinis oriretur, et secretum eorum, qui in eo periere, parum abfuit, quin appareret (i. e. tot sanguinis effusi diluvium erat, ut, quot occisi essent, nesciri posset). Talis autem rerum status erat, dum scriba albarum et fuscarum (dierum noctiumque i. e. Deus) ex calamis scripturae (seu arundinibus hastarum Chaththaensium) in foliis tabularum craniorum animas vitae, quae ad cisternam mortis descendere cupiebant, totas inscribebat«. Ludit quoque auctor vocibus اقلام الخط et صحايف الصفايح. Vox مستوردات omisso nomine hoc loco sine dubio animas designat, quae ad lacum mortis descendere volunt. Confer quae in linea 23 sq. leguntur. — lin. 18. Vocibus نافخ نار auctor proverbium ما بها نافخ ضرمة «Non est in ea (domo) sufflans ligna accensa» respicit conf. Meid. II T. II p. 621. — lin. 23. Voces يبرزخ الى يوم يبعثون e Corano Sur. 23, 102 sunt. Vertas: Tum administrator decreti divini omne id accepit, quod praefectus interitus a sagitta mortis in codicem (verborum Corani) «sepulcri usque ad diem resurrectionis» retulerat, e numero animarum martyrorum piorum et animorum infelicium ex incredulis eum, qui ex hoc pugnae loco descenderat, quiescentem a motibus illius interitus. Auctor vocibus ناظر et عامل et ديوان utens munera ante oculos habet. Vox autem الوارد etc. ad voces ما اورده referenda est. — lin. 28. Sihun fluvium Chodjendi appellavit, quod oppidum hoc in extrema fluvii parte situm erat conf. Abulf. Geogr. p. ٢٩٩.

Pag. 241. lin. 1. Verba اذا دهم بطامته الكبرى Corani verbis Sur. 79, 34 اذا جاءت الطامة الكبرى similia sunt. — lin. 6. De Chawaresmschahi morte confer Abulf. Ann. T. IV p. 294 sq. et 689. De tempore, quo imperium susceperat ibid. p. 184. — lin. 8. Vox الساهرة in Corano Sur. 79, 14 occurrit, ubi aut terram aut Gehennam designare putatur. — lin. 9. Duplici vocis الخطا significatione et gentis Chathae et peccati auctor ludere videtur. — lin. 9 sc. Voces دود الخل v e r m i s aceti proverbialis loquendi modus esse videntur. In proverbio enim dicitur: لا يصبر على الخل الا دوده «Acetum ferre non potest nisi vermis eius». Sed quid verbis et vermis aceti ex eo et in eo» auctor velit, clarum non est. Videntur significare: vermem corruptionis eum omnino occupasse. Mirum quoque est, quod eadem vox فيه sed cum copula coniuncta homoioteleuto inserviat, id quod regulis repugnat. — lin. 15. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162. B. — lin. 21. Verba دار البوار جهنم يصلّونها وبئس القرار e Corani loco Sur. 14, 34. 35 desumta sunt. — lin. 22. In proverbio dicitur نكا القرح بالقرح اوجع «Quod ulcus escharâ nudatur, maiore dolore adficit conf. Meid. 13, 69. — lin. 23. Proverbialis loquendi modus est: ملح على جرح «Sal super vulnere». Meid. 24, 564. — lin. 24. Voci تهوى d e c i d e n d i significatio danda videtur. — lin. 25. In vocibus مذهب الاعتزال doctrinam Mohtaselitarum respicit. — lin. 31. Versuum metrum Thawil est ib. p. 162 B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000152

Pag. 242. lin, 6. De sensu verborum وهى جنة المرتاد dubito. Voces: «eae erant hortus pabulum quaerentis» significare possunt, terras fuisse florentes, proventu abundantes, nam vir pabuli locum quaerens, talem locum hortum appellare potest. — lin. 8. Djend hoc loco oppidum provinciae Maweralnahr in finibus Turcarum ad extremum fluvium Sihun situm est conf. Abulf. Geogr. p. ۴۸۹. De rebus confer Hist. des Mogols T. I p. 221 sq. De voce اخنى cum علنى confer p. ۳۴۵ l. 6. — lin. 9. De signis resurrectionis confer du Ryer l'Alcoran T. I p. 165. Hoc loco sine dubio eruptio gentium Gog et Magog animo habuit, quae inter signa adventus diei resurrectionis est. Vox جَحْفَلِهَا hoc loco hominum agmen designat; sed auctor sine dubio montis quoque significationem ante oculos habuit; quippe huic voci in homoioteleuto vox سهلها opposita sit. Pro voce فناكت in libr. Hist. des Mogols T. I p. 224 Benaket legitur. Oppidum ad Sihunum situm est. — lin. 11. Legimus in Abulf. Geographia p. ۴۸۹, Andocan nomen vici esse ditionis regionis Farghanae. Locus ad Sihunum situs est. خجند locus ad Sihunum situs est. Marghinân urbs celebris ditionis Farghanae est. — lin. 13. Taschcend locus ad Sihunum situs est. Nasaf aliter Nachschab appellatum oppidum (ad Djihunum situm) in extrema parte provinciae Maweralnahr situm in propinquo oppidi Kasch conf. Abulf. Geogr. p. ۴۹۰. Locusta vorax Meid. 5, 192. corrumpens est ib. 20, 78. Metrum versuum Camil est ib. p. 212 A. a. — lin. 17. De vocibus ثار الهوا dubito; sed vertendae videntur: quam (flammam) aer excitavit, ut ثار pro اثار et الهوا pro الهواء sit. — lin. 21. Bochara celeberrima provinciae Maweralnahr urbs, de qua confer Abulf. Geog. p. ۴۸۹. De rebus gestis confer Hist. des Mogols T. I p. 229. Cur urbs Bochara sedes Samanidarum facta sit vide apud Ebn-Haukal p. 251 et Wilken Mirchondi histor. Samanidarum p. 212. — lin. 23. Voces واوساط الاماثل والاطراف duplici modo construi et verti possunt, ut vox الاطراف «nobiles» cum voce الاماثل aut «extremitates» cum voce أوساط cohaereat. Silentio autem praetereundum non est, vocem الاطراف in nostro libro ignobiles quoque designare conf. p. ۹۳ l. 1. — lin. 27. Djihan ab Abulfeda p. ٥٠ flumen esse dicitur, quod a Septentrione versus Austrum in finibus Graecorum ad Mazizam transeat; sed hoc loco idem quod Djihun est, siquidem nomen auctor ob homoioteleutum mutasse videtur. — lin. 29. Voces عن بكرة ابيهم proverbialis loquendi modus sunt, quo ad unum omnes designant. — lin. 32. In verbis وهم من كل حدب ينسلون auctor Corani locum Sur. 21, 96 animo habuit.

Pag. 243. lin. 2. Voces المصاحف الشريفة الربعات et الختمات et partes Corani et totum Coranum designant, quibus vocibus adhibitis auctor sine dubio indicare vult, hostes in libris, nullum discrimen fecisse. — lin. 16. Ex hoc loco videmus, in quibusnam regionibus secta Hanefitarum regnaverit. — lin. 27. Voces سكارى وما هم بسكارى e Corani loco Sur. 22, 2 desumtae sunt. — lin. 30. Verbo فنادوا ولات حين مناص e Corano Sur. 38, 2 sunt.

Pag. 244. lin. 18 sq. Voces المصاحف الشريفة والربعات المعظمة والختمات occurrerunt p. ۲۴۳ l. 2. — lin. 22. In proverbio dicitur: اغوى من غوغاء الجراد «Magis errans quam con-

fusum locustarum parvarum agmen» Locustae quoque sunt copiosae, ut inde comparatio derivata sit. Auctor dixit خطبة تركية «sermonem Turcicum» aut homoioteleuti causa aut quod Mogoli Turcae quoque appellabantur. — lin. 25. De vocibus هذا ثمن etc. conf. p. ٣٣٧ l. 25. lin. 30. Voces نار نافخ proverbialis loquendi modus sunt, de quo confer p. ٣٤٠ l. 18.

Pag. 245. lin. 4. De rebus in urbe Samarkand expugnanda gestis conf. Hist. des Mogols T. I p. 235. — lin. 6. De significatione verbi اخنى dubito; nam significatio turpia loquendi minus convenire videtur. Fortasse verbum castra ponendi (ut اناخ conf. p. ٣٣٢ l. 8. et ٣٤١ l. 2.) significationem hoc loco habet confer Hebr. חָנָה — lin. 12. Campum proelii cum receptaculo aquae comparavit, ad quod sitientes accedunt et a quo satiati recedunt. Haec est causa, cur vocibus صدر, حياض et وارد usus sit. — lin. 14. Blanditiae commodo esse, in proverbiis legimus Meid. IX, 13. Proverbium quoque est: من غرس المداراة اجتنى السلامة «Qui blanditias plantat, securitatem colligit» ib. T. III P. 1 Nro. 2252. — lin. 16. De modo, quo Timurus Tartaros a Bajazeto removeret confer Vita Timuri T. II p. 222 sq. Pugnam autem fuisse die vicesimo septimo mensis Dsu-l'Hidjdjah anni 804 in Vita Timuri ib. p. 254 legimus. Confer quoque p. 272. — lin. 21. De rebus gestis apud urbem Chorasm confer Hist. des Mogols T. I p. 203 sqq.

Pag. 246. lin. 2. Termeds oppidum ad ripam Djihuni situm est conf. Abulf. Geogr. p. ٥٠٠ De oppido Nachschab, quod ab Arabibus نسف appellatur conf. ibid. p. ٣٩٠ — lin. 8. Voces للحق المبين in Corano Sur. 27, 81 occurrunt. — lin. 9. conf. Hist des Mogols T. I p. 271. — lin. 19. Balch urbs Chorasanae est, de qua confer Abulf. Geog. ٣٩١. De rebus gestis confer Hist. des Mogols T. I p. 245. — lin. 21. De regione Thaberistan conf. ib. p. ٣٣٢. — lin. 22. Djelal-Aldin patrem suum Mohammedem in imperio secutus erat conf. Hist. des Mogols T. I p. 255 sq. — lin. 25. Thalekan oppidum Chorasanae inter Merw-Alruds et Balch situm. — lin. 27. conf. Hist. des Mogols T I p. p. 272 — lin. 28. ايران quoque nomen antiquum Persiae est, quod provincias Irac, Fares, Aderbidjan et Chorasan amplectebatur. — lin. 29. In libro: Histoire des Mogols T. I p. 240 duces duo Tchébé et Soubatai appellantur conf. ib. p. 248. — lin. 30. Vox رواذ nomen oppidi esse debet in regione ايران siti.

Pag. 247. lin. 2 Proverbium est: خلا لك الجو فبيضي واصفري «Vacuus tibi est campus, ova igitur fac et pipi! de quo confer Meid. T. I p. 432. — lin. 4. Djowain tractus Nisaburi est, cuius locus principalis Asadswar. Pluribus describitur in lexico Geogr. مراصد الاطلاع, quod edit vir cl. Yuynboll p. ٣٧٥ Si nostro fides est, tum temporis oppidi nomen erat. In charta Geogr. libro Hist. des Mogols addita talis locus adnotatus est haud procul a Nisabur situs. Thus ditionis Nisaburi fuisse dicitur. In Chorasana sunt. Djam est vicus regionis Nisaburi ib. p. ٣٣٢. — lin. 5. Vox اسفيرابين idem esse videtur ac اسفرائين oppidulum in regione Nisaburi ib. p. ٣٣٩. De provincia Ma-

senderan, quamquam in titulo p. ۴۳۲ eius mentio fit, apud Abulfedam nil invenimus. Amol est oppidum in provincia Thaberistan ib. p. ۴۳۵. Quae noster de captivitate uxorum Mohammedis eiusque liberorum retulit, ea cum iis, quae in libro: Hist. des Mogols T. I p. 259 sqq. legimus, haud consentiunt. Kumas tractus nomen in Thaberistana est cum urbe Dameghan conf. ib. p. ۴۳۲. — lin. 17. 18. In vocibus فتباغتوا مواجهة، وتواجهوا مباغتة، وتباهتوا مشافهة وتشافهوا مباهتة auctor ludit. — lin 19. In vocibus نفرن عنه et فرون منه duplex homoioteleutum est. — lin. 20. Versuum metrum Camil est. Darst. p. 212 A. a. — lin. 25. Verba المغنم البارد «praeda frigida» proverbialis loquendi modus sunt, quo rem gratam hominem facile consequi, significant. conf. Meid. T. III P. 1 p. 616 — lin. 27. Vox الزبانية in Corano Sur. 97, 17 occurrit, ubi satellites sunt, qui peccatores in ignem infernum protrahunt.

Pag. 248. lin. 6. De viris سنتای et یما appellatis conf. p. ۴۴۹ l. 29. — lin. 7. Kaswin nomen urbis Iracae Persarum (الجبل) in finibus regionis Dilem. Hamadan in medio Iracae Persicae oppidum situm est. Arran regio confinis Aderbidjanae est, in qua oppidum Bailekan est. conf. Lexicon Geogr. cui titulus est مراصد الاطلاع sub vocibus. De provincia Aderbidjan conf. Abulf. Geogr. p. ۳۸۹. conf. Hist. des Mogols T. I p. 325. 329. 333. — lin. 10. Provincia عراق العجم appellatur quoque بلاد الجبل «regio montium» ib. p. ۴۰۸. — lin. 11. Ardebil urbs maxima in septentrionali parte provinciae Aderbidjan. — lin. 12. conf. Hist. des Mogols T. I p. 279 sqq. — lin. 13. Vocibus وكان شهر الصيام ففطروهم etc. morem, quo post ieiunium finitum potui indulgebant, respicit. Mensem Ramadhan vult. — lin. 17. conf. Hist. des Mogols T. I p. 336. Scharwan oppidum Aderbidjanae, aliis provinciae Arrani est ib. p. ۳۹۹. Auctor diluvium, quo submersi homines periêre, respicit Coran Sur. 29, 13. — lin. 18. Voces الشيطان المريد e Corano sunt Sur. 22, 3. — lin 21 sq. Auctor vocibus ضروب ضربهم وضرابهم et حرابهم بحرابهم ludit. — lin. 23. Sabsawar erat locus principalis regionis Baihak ab urbe Nisabur spatio viginti pharasangarum remotae. conf. Hist. des Mogols T. I p. 279. — lin. 24. De rebus gestis conf. Hist. etc. T. I p. 274. — lin. 25. Mukan oppidum in finibus regionis Arran (ditionis Ardebili). Tempore Abulfedae terrae Mukan notae erant in littore maris Thaberistani a Tauriso in Septentrione et Occidente p. ۴۰۰ sq. — lin. 27. conf. Hist. des Mogols T. I p. 278. 287. 288. — lin. 30. Vox الغضبان nomen montis in Syria est, quocum minimam machinam auctor magnitudine comparasse videtur. — lin. 32. Familia Tsoahl, quae pars gentis Thai est, arte iaculandi celebris fuisse videtur, quapropter verba inter proverbia recentiora recepi Meid. T. III P. 1 p. 201.

Pag. 249. lin. 1. Vocibus auctor ludit. — lin. 2. Verba وما یعلم جنود ربک الا هو e Corano sunt Sur. 74, 34. — lin. 4. conf. Hist. des Mogols T. I p. 287. — lin. 11. Pro voce سرور (laetitia) fortasse شرور (mala) legendum est. — lin. 13. Auctor verbis فجدت جیاد الجداد etc. ludit. Verba sic verto: «Et nervos intendêre equi generosi resectionis et iberaliter egerunt in amputandis collis generosorum et facti sunt sicut linguae poetarum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000155

pravos nummos secernentium, quae in omni valle orationis rhythmicae et solutae vagantur. Delerunt autem a tabula existentiae ope linguae flammae ardentis gladii lineas existentiarum illius maximi territorii et libros agminum illarum creaturarum gentiumque». — lin. 18. Voce كاشية «mordens» bestiarum capita significare vult. — lin. 19. Voces الاعصر الخوال (pro الخوالى) tempora praeterita designant; dicitur enim eodem sensu القرون الخالية. Unus codex habet خوال. — lin. 20. Basus nomen feminae Arabicae est, quae quum infelicis belli causa esset, in proverbio dicitur: اشأم من بسوس «Infaustior quam Basus» conf. Meid. T. I p. 683 Harir. p. ۴۶۶. Auctor igitur, quum tot homines per eam occiderentur, Basus eam appellavit. — lin. 21. Sic verto: et vermes humus suae ob sanguinem concretum illorum populorum haud alte excrevisse et vehementiam irae suae ob amplitudinem suam per visitantes feminas gladiorum haud sedatam esse et viros in auxilium vocavit — lin. 24. Versuum metrum Wafir est ib. p. 204 A. — lin. 28. De oppido Herath in Chorasana confer Abulf. Gegr. p. ۴۵۵. conf. Hist. des Mogols T. I p. 291.

Pag 250. lin. 2. Auctor vocibus وبرها بحر etc. ludit. Vocibus كصدر البر duplicem significationem dari voluisse videtur aut «ut anterior pars terrae» aut „ut pectus generosi". — lin. 4. In Corano pluribus locis voces مثقال ذرة occurrunt ad pondus rei minimae significandum. Sic vox الطور „mons Sinai» quoque in Corano saepius occurrit ad montem magnae molis significandum. — lin 6. De morte Djengischani confer Hist. des Mogols T. I p. 379. — lin. 7. Malec nomen angeli est, qui animam mortui accipit conf. p. 40. — lin. 13. الدرك الاسفل من النيران. Infernum in septem loca dividitur, in quibus peccatores secundum diversam peccatorum conditionem habitant et puniuntur. Djengischano locum sub caeteris situm tanquam pessimum auctor tribuit. De hisce locis confer l'Alcoran par du Ryer T. I p. 186. — lin. 14. De tempore mortis Djengischani conferas librum: Histoire des Mogols par d'Ohsson T. I p. 381. In apographo meo شهور رمضان invenio; sed nisi pluralis excellentiae est, rectum id esse loco vocis شهر dubitare licet. Mensem Ramadhan appellavit الشامل بالفضل والاحسان etc. Mensis hic Arabibus prae aliis sacer est, quod Alcoranus in isto mense a coelo demissus putatur. Per dies huius mensis Mohammedani cibo abstinent conf. ib. p. 227 sq. — lin. 15. Ex his urbibus nonnisi urbis Karakum Abulfeda mentionem fecit conf. p. ۵۰۴ sq. In tabula Geographica, quae libro: Hist. des Mogols addita est, Imil fluminis, Coutak et Caracoroum montium nomen est. — lin. 20. In uno codice legitur واستمرت بحار الفتن تمور caeteris omissis, id quod mihi placet. — Timurus cognomine الاعرج „claudus" et hanc ob causam تمرلنک appellatus est. — lin. 21. In Corano Sur. 2, 201 legitur: ويهلک الحرث والنسل — lin. 22. Campi, qui supra mare Caspium ab Oriente in Occasum extenduntur, Descht-Kapdjak appellati nomen quoque habent Descht-Baracah a rege Baracah cognominati, qui primus Mohammedis religioni se addixerat conf. Vita Timuri T. I p. 350 ed. Mang. — lin. 23. De femina Basus, quae longi et infelicis belli causa fuit, confer p. ۴۴۱ l. 20. — lin. 29. Verba يخلق ما يشاء ويختار e Corano desumta sunt Sur. 28, 68 — lin. 31. Verba وهو الذى usque ad verba فيما اتيكم in Corano Sur. 6, 165 sunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000156

Pag. 251. lin. 3. Voces فتيل et قطمير pellicula ossis dactyli ad rem minimam designandam in proverbii consuetudinem venerunt Meid. 24, 126. — lin. 5. Verborum sensus, quae Ahlio tribuuntur talis esse videtur: Ut vir camelum amissum diligenter quaerit, vir sapiens sermonem sapientiae quaerit. In proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. T. I p. 385. — lin. 8. In Corano Sur. 27, 16. 18. formicae sermonem Salomo intellexisse narratur; ibid. v. 20 de upupa sermo est conf. Geiger „Was hat Mohammed aus d. Judenthume aufgenommen? p. 184 sqq. conf. p. 9 in Addendis. Est autem proverbialis loquendi modus dicere: فرق الله شمله „Dispergat Deus eius opera congregata». In nostro autem loco vox contrariam significationem operum disgregatorum habet. — lin. 11. Alhasan Albazri sub Ohmaro natus anno 110 aut 114 diem obiit conf. Ebn-Challikan et Tahdsibo-l'Asmäi p. ۲۰۹. — lin. 12. Pro voce ضى‌تر legas تمرض — lin. 13. Diabolum non recusasse, quin Adamum veneraretur, in Corano Sur. 2, 32 legimus. — lin. 20. De Amru-l'Kaiso poeta celeberrimo conf. cel. de Slane Diwan d'Amru Olkais et Ebn-Doraid. Makzur schol. v. 33. et Meidan. T. III P. 2 p. 240. Abu-Feras poeta e gente Hamdanidarum natus anno 320, occisus est anno 357 conf. librum meum: Selecta ex historia Halebi adnott. p. 134. 138. Auctor noster hosce poetas coniunxit, quod sunt, qui dicant, poesis initium et finem fuisse in gente Cendah i. e. cum Amru-l'Kaiso et Abu-Feraso conf. libr meum: Darstellung d. Arab. Verskunst p. 398. — lin. 22. Auctor vocibus وفصل من فصله ما جمّل من جمل ludit. — lin. 23. Vox الانشاء seriore tempore stylum elegantem et compositionem elegantis sermonis designat. Verba ذلك فضل الله يؤتيه من يشاء in Corano Sur. 5, 59 leguntur. — lin. 24. Quum in opere hoc voces منقول et معقول conf. p. 18. 23. 80. 183 saepe coniunctae inveniantur, pro voce المقول hoc quoque loco المعقول legendum videtur. — lin. 27. Verbum انبتق hoc loco sine dubio eandem significationem habet quam انبتك. — lin. 30. Versus ex pluribus codicibus ea eligens, quae mihi praeferenda viderentur, disposueram; sed re diligentius perpensa versus mihi artificiosi videntur, ut quâ voce singuli versus incipiant, eâdem claudantur. Talis igitur versuum ordo est, qualis in meo codice invenitur; nisi quod in eo verba modo versuum, ut a reliquis distinguerentur, scripta non sunt.

وهذب بالفصل ما رتبه ورتب فى الفصل ما هذبه
واعجب ذا اللب ما شاده فاثنى عليه بما اعجبه
واغرب فى السعى اشراقه فلله ذا السعد ما اغربه
فما شذب الصدق عن نصحه ولا شذّ خل لما شذبه

Versuum metrum Motakarib est ib. p. 281 A. c, dum prioris quoque hemistichii pes postremus فعَلْ est.

Pag. 252. lin. 9. Mohammedes sigillum prophetarum appellatur, quod Arabes post prophetam novum haud adventurum esse putant. Voce المهاجرون ii significantur, qui cum Mohammede ex Mecca fugiente fugam ceperant; voce الانصار autem ii designantur, qui Medinam fugienti auxilium praestaverant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000157

De ornamentis orationis.

Rhetorice, quae tribus partibus 1) علم المعانى (2 علم البيان (3 علم البديع, quas in hoe opere p. 7 indicavi, constat, in libro المختصر inscripto, qui anno 1813 Calcuttae typis expressus fuit, luculente descripta est. Tertiam eius partem علم البديع, tum quod a nostro loquendi modo multum recedat, tum quod operi huic omni ex parte intelligendo inserviat, breviter tractare in animo est, ita ut, quoad fieri possit, res exemplis ex opere nostro electis illustrem.

Haec tertia pars duplex est; A. una ad sensum B. altera ad voces spectat.

I. Ornamenta, quae sensui sunt, sequentia sunt

1) المطابقة, quae res quoque الطباق et التضاد appellatur. Hic ornamenti modus in eo consistit, quod duae voces sensu contrariae coniunctae sunt. Voces unius speciei esse possunt aut diversae. Unius speciei sunt aut duo nomina aut duo verba aut duae particulae; diversae autem sunt, si ex. gr. unum nomen alterum verbum etc. est. Unius speciei sunt duo nomina in loco operis nostri p. ٣٥ l. 1. 2 واجتماعكم . . . . . أن يكون غيبتكم وحضوركم conf. p. ١٩v l. 9 sqq. وافتراقكم، وصلحكم وشقاقكم، فى حالتى السراء والضراء، والبوس والرخاء p. ٢٠١ l. 13 sqq. Duo verba inveniuntur p. ١٩٤ l. 29 فان ثم انك انت تحركت فى ارابك وسكنت، وشرقت فى افكارك وغربت، وتباعدت وتقربت، وارتفعت وحططت، وامتنعت وسقطت، وجلت وحمت، وقعدت وقمت. Duae autem particulae in loco Corani, Sur. 2, 286 لا يكلف الله نفسا الا وسعها لها ما كسبت وعليها ما اكتسبت «Deus animae non imponit nisi quod valet. Pro ea autem est, quod (boni) acquisivit, contra eam quod (mali) acquisivit»; praepositiones enim ل et على sensu oppositae sunt.

Inveniuntur quoque plures eiusdem speciei voces in una phrasi ex gr. p. ٣٩ l. 30 بطية الانكسار سريعة انجبار

Variae speciei voces in sequentibus sunt. P ٣٤ l. 27 فبرد مكانه من حرها et p. ٣٩ l. 24. ولا مجملا الا فصله ولا متاخرا الا قدمه et p. ٣٤ l. 10 ويجل ودودكم ويقل عدوكم et p. ٥٨ l. 30 فان تحركوا الى خير سكّناهم وان سكنوا عن شر حركناهم

Sensu quoque diversae esse possunt, ita ut una vox concedat, altera deneget ex. gr. in Corani verbis Sur. 30, 5. . . . . ولكن اكثر الناس لا يعلمون يعلمون ظاهرا «sed maior ho-

1) Adn. Duae priores partes علم البلاغة „scientia eloquentiae“ appellantur. Sunt quoque plures, qui tres eius partes nomine علم البيان appellent. Alii priori parti nomen علم المعانى; duabus posterioribus nomen علم البيان et denique omnibus tribus علم البديع nomen dederunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000158

minum pars nescit; sciunt res apparentes etc» aut ut una iubeat, altera vetet ex gr. in verbis Corani Sur. 5, 4 فلا تخشوهم واخشون «Ne eos timeatis; me timete!

Est quaedam huius generis species, quae a nonnullis تدبيج appellatur, quod stylo coloribus ornamentum additur, ut in hoc poetae versu metri Thawil conf. Darst. p. 162 A.:

تَرَدّى ثيابَ الموتِ حُمْرًا فما أتَى لها الليلُ الاّ وهى من سندس خُضْر

«Indutus fuit vestibus mortis rubris (i. e. sanguine imbutis); sed nondum nox iis advenerat, quum sericeae virides essent» i. e. quum mortuus in paradiso vestibus viridibus uteretur. Quamquam neque singulae voces neque propositiones sensum contrarium offerunt, in loco operis nostri p. ٢٥ l. 1 sermoni coloribus ornamentum additum est: الى ان ذهبت السكرة، وجاءت الفكرة، ونفقت الصفراء والبيضاء، في الحمراء والخضراء، واصبح ملقى على الارض السوداء، اتعس فوق الغبراء، وافلس من تحت الزرقاء. Cum eo, quod طباق appellatum est, duo loquendi modi cohaerent, in quorum uno duo sensus coniuncti sunt, qui, quamquam re vera contrarii non sunt, tamen tanquam contrarii cogitari possunt ex. gr. in verbis Corani Sur. 48, 29 والذين معه أشدّاء على الكفار رحماء بينهم «Et qui sunt duri contra incredulos, misericordes inter se sunt» nam, quamquam vox رحمة re vera voci شدة opposita non est, tamen, quum misericordia ex lenitate animi (لين) prodierit, misericordia (رحمة) asperitati (شدة) contraria cogitari potest. In altero autem duo sensus haud contrarii coniunguntur, ita ut voces adhibeantur, quarum significationes re vera contrariae sunt ex. gr. in versu sequente metri Camil Darst. p. 213 B. a.:

لا تُعْجبى يا سَلْمَ من رجل ضحك المشيب برأسه فبكى

«Ne admiratione adficiaris, o Salma! ob virum, in cuius capite crines albi rident; ipse autem ploravit», nam crines albi ploratui oppositi non sunt; sed poeta voces oppositas ضحك (risit) et بكى (ploravit) adhibuit.

Cum loquendi modo الطباق appellato modus cohaeret, nomine المقابلة proprie appellatus, quamquam Alsecacius aliique separatim eum tractarunt. In eo duobus aut pluribus sensibus consentientibus tot sensus secundum ordinem oppositi proferuntur. Huiusmodi sunt, quae in opere nostro p. ٤١ l. 21 leguntur: واعلم ان الاخ الصلبى ربما يضرّك واما الصديق الصالح فانه ابدا يسرّك et p. ٤٤ l. 12 هذا الامر يضحك عليك منه الجاهل ويبكى على حالك لحالك منه العاقل, Plures res sensibus consentientibus, quibus tot sensus oppositi sunt, in versu sequente metri Basith (Darst. p. 190. A. a.) inveniuntur:

ما احسن الدين والدنيا اذا اجتمعا واقبح الكفر والافلاس بالرجل

«Quam pulchri sunt religio et mundus (opes mundanae), quum coniuncti sunt et quam turpes credulitas et paupertas viro!»

2) التناسب, qui modus الايتلاف, التوفيق التلفيق, quoque appellatur. Loquendi modus est, quo res, quae coniunctae esse solent aut quarum una ad alteram pertinet; sed quae sensu oppositae non sunt, coniunguntur. In sequente versu metri Chafif. (Darst. p. 262 A. a conf. p. 266) poeta camelos describens tres res coniunxit:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000159

كالقسى المعطّفات بل الاسهم مبريّة بل الاوتار

«Ut arcus incurvi, immo ut sagittae dolatae, immo ut nervi».

In opere nostro locus p. ١٣٩ l. 2 ad hunc modum pertinere videtur: ودعته النفس الابية وحمية الجاهلية وباعث العصبية الى الاستيلاء على تلك الاماكن البهية والولايات السنية والمساكن الزهية

Cum hoc loquendi modo cohaeret modus, qui a quibusdam تشابه الاطراف appellatus est, dum finis sermonis initio similis est, ut in verbis Corani Sur. 6, 103 لا تدركه الابصار وهو يدرك الابصار وهو اللطيف الخبير «Eum visus haud attingunt, dum ipse visus attingit; nam perspicax (s. tenuis) gnarusque est». Ad hunc loquendi modum pertinere putant, si quis duos sensus coniungit, quorum unus ad alterum haud pertinet utens vocibus duabus, quarum significationes similes sunt ex. gr. in verbis Corani Sur. 55, 4. الشمس والقمر بحسبان والنجم والشجر يسجدان «Sol et luna secundum praescriptum modum (se movent) et plantae arboresque sese submittunt»; nam voci نجم stellae quoque significatio est. Hic autem modus ايهام التناسب appellatur.

3) الارصاد a quibusdam التسهيم appellatus loquendi modus eo consistit, quod loquens ante vocem, quae in versu aut in prosa, cui homoioteleutum [1]) est, voce utitur, quo homoioteleuti vox indicatur. Hic modus in verbis operis huius p. ٩ l. 15. invenitur.

Multi non sunt mille amici sociisque; وما بكثير الف خل وصاحب وان عدوا واحدا لكثير at inimicus unus multus est et p. ١١٩ l. 5 وعوايد عليك عوايد et p. ١٢٤ l. 12 فتقدم العداوة وتتقدم

4) المشاكلة Hic loquendi modus in eo consistit, quod rei mentio fit aliâ voce, quam ipsi propriâ, quod illa res cum ista voce aut re vera coniuncta invenitur aut coniuncta cogitatur. Prior modus in versu sequente metri Thawil (Darst. p 163 C. et p. 170 2.) invenitur:

قالوا اقترح شيا نجد لك طبخه فقلت اطبخوا لى جبّة وقميصا

«Dixerunt: rem postula! ut nos tibi eam bene coquamus. Tum dixi: coquite mihi tunicam vestemque interiorem!

Sic poetam dixisse vult interpres, quod nere tunicam et coquere cibum coniunctae res sint.

5) المزاوجة Loquendi modus est, quo duo sensus, qui conditione et sermone consequente consistunt, secundum ordinem coniuncti sunt, ut in versu sequente metri Thawil (Darst. p. 162 A.)

اذا ما نهى الناهى فلج بى الهوى اصاخت الى الواشى فلج بها الهجر

«Quotiescunqus interdicens vetat; tum amor mihi inhaeret; ea (autem) delatorem auscultat; tum ei alienatio inhaeret».

Poeta inter dictum vetantis et quod ea delatorem auscultat, quae verba conditionem constituunt et cum utroque pertinaciam coniunxit. Similis loquendi modus in loco operis nostri p. ١٤١ l. 7 inveniri mihi videtur: متى انتشر فى الاطراف انكم التجاتم الى عذه الاكناف وتطرز بشمول الصدقات

*) In prosa, cui homoioteleutum est, vox, quae homoioteleuto inservit, فقرة appellatur.

السلطانية من ملابس طاعتكم الطراف والاطراف منعت العواطف الملوكية والخواطر الشريفة السلطانية عوادى المعادى وكفت اكف المصادم والمصادى etc.

6) العكس Loquendi modus, qui التبديل quoque appellatur, talis est, ut quae pars in priore praeposita sit, ea in posteriore postponatur, quae res vario modo locum habere potest. Exempla e Corano desumta haec sunt: Sur. 6, 95 يخرج الحىّ من الميّت ومخرجُ الميّت من الحى „Producit vivum e mortuo et producens mortuum e vivo“ et Sur. 60, 10 لا هن حل لهم ولا هم يحلون لهن „Neque eae (feminae credentes) iis (viris incredulis) permissae sunt neque ii (increduli) iis (feminis credentibus) permissi sunt». In nostro opere exempla multa occurrunt P. ٣٤ l. 18 التهوا P. ٩٠ l. 27 مساعدة فى معاونته ومعاونة فى مساعدته P. ٥٩ l. 20 فابعد الادانى وادنى الاباعد وافسدنا من عقايد وعقدنا من مغاسد وارصدنا من مصايد واوصدنا P. ٧٥ l. 10 بالسهو وسهوا بالله علىهم من مراصد P. ١٠٥ l. 29 جارة داره ودارة جاره P. ١٣٥ l. 1 واقعة سبقت او سابقة وقعت P. ٢٠٦ l. 3 اذبتم جامدها واجمدتم ذايبها

7) الرجوع Loquendi modum designat, in quo in posteriore parte ad sensum prioris reditur, dum tollitur. Hoc in versu metri Basith (Darst. p. 190. A. a.) factum est:

قفْ بالديار التى لم يَعْفُها القِدَمُ بلى وغَيّرها الارواحُ والدِّيَمُ

«Consiste ad domos, quas tempora praetereuntia haud delerunt; immo vero eas mutarunt venti et pluviae continuae».

8) التورية In hoc loquendi modo, qui الايهام quoque appellatur, loquens vocem, cui duae significationes, una propior altera remotior, sunt, adhibet ita, ut significationem remotiorem velit. Duplex autem est, unus, qui مجردة appellatur, in quo nil est, quod significationi propiori conveniat ex. gr. in verbis Corani Sur. 20, 4 الرحمن على العرش استوى. In commentario res sic explicatur: Voci استوى verbi استولى significationem tribuendam esse, dum in propiore vocis استقر significatione nil sit, quod remotiori conveniat. In altero مرشحة appellato significatio propior cum remotiore quodammodo consentit. Hoc observatur in verbis Corani Sur. 51, 47 والسماء بنيناها بايدٍ «Et coelum manibus exstruximus». Manus autem remotiori roboris significationi conveniunt.

9) الاستخدام Loquendi modus est, in quo vox duabus significationibus praedita adhibita est, ita ut loquens unam significationem velit, tum autem cum pronomine ad illam vocem referendo alteram coniungat aut ita, ut duo pronomina sequantur, quorum uni una significatio, alteri altera tribuatur. Prior modus in versu sequente invenitur in versu metri Wafir Darst. p. 204 A.:

اذا نزل السماء بارض قوم رعيناه وان كانوا غضابا

«Quum coelum (pluvia) in terram gentis descendit, eas (plantas) depascimus et si irati sunt». Voci السماء pluviae, pronomini plantarum significationem poeta dedit. Posterior modus est in versu metri Camil. Darstell. p. 213 A. b.:

فسقى الغضا والساكنيه وان هم شبّوه بين جوانحى وضلوعى

„Irriget arbores Ghadha et eos, qui earum locum incolunt et si eum (ignem) inter latera costasque meas accendunt“. Suffixum in voce الساكنيه locum, ubi arbores crescunt, desig-

nat; suffixum in voce شبـــوه ignem. Poeta bonum optat illius loci incolis, etsi ei dolorem faciunt.

10) اللف والنشر. In hoc modo loquens primum rerum aut specialiter aut generaliter mentionem facit, tum id, quod cuilibet singulae convenit, memorat, ita ut singula cum singulis haud coniungat spe fretus, fore, ut audiens rem faciat. Hoc duplici modo fieri potest, ita ut in posteriore parte eundum ordinem quam in priore loquens sequatur aut ordine mutato loquatur. Prior modus in Corani loco invenitur Sur. 28, 73 ومن رحمته جعل لكم الليل والنهار لتسكنوا فيه ولتبتغوا من فضله „Et ob misericordiam suam vobis noctem diemque constituit, ut in ea quiescaretis et ut eius donum quaereretis“ Quiescere noctis tempore hominem voluit; Dei beneficia diei tempore. Ordo in versu metri Chafif. Darst. p. 262 A. a. neglectus est:

كيف اسلو وانت حِقْف وغصنٌ وغزال لحظا وقدا وردفا

„Quomodo tranquillus esse possum, nam tu (o femina!) arenae tumulus et ramus et dorcas intuitu, staturâ et podice es? Vox ردف cum voce حقف, vox قد cum voce غصن, vox غزال cum voce لحظ significatione coniungenda est.

Ordo mixtus est in hisce verbis: هو شمس واسد وبحر جودا وبهاءا وشجاعة „Is sol, leo, mare liberalitate, pulchritudine et fortitudine est“.

Modus autem, quo in priore parte generaliter locutus est duas partes coniungens, tum separatim agens, in Corani loco invenimus Sur. 2, 105 وقالوا لن يدخل الجنة الا من كان هودا او نصارى v. 107. . . . . ; وقالت اليهود ليست النصارى على شى وقالت النصارى ليست اليهود على شى nam verbi قالوا subiectum tam Iudaei quam Christiani sunt; tum de utraque parte separatim agit.

Ad hunc loquendi modum pertinere puto locos sequentes in oper nostro: P. 6, 20 واما قصده من وضع الكتاب، فانه خطاء لا صواب، وتستره بان فيه فوايد وحِكما، وان يرفع للعلم علما، فانه مكر خديعة من سوء السريرة وخبث الطبيعة، يريد ان يستر جهله، وان يظهر على فضل الملك فضله، ويستميل بذلك الوسواس، قلوب الناس، فتنصرف الوجوه اليه، وتقبل الرعايا عليه، P. 16 l. 3 وبدا من لهيب قلبه بريقه ومن Pag. 92 l. 26 sq. ولعبت معه بلحظها وقدها بالرمح والسيف وادى جفنه عقيقه، حتى خيف عليه غريقه وحريقه Vox غريقه ad voces وادى جفنه et vox حريقه ad voces لهيب قلبه referenda est.

11) الجمع Hic loquendi modus eo consistit, quod de pluribus, duabus aut pluribus rebus iudicium fertur, ut in versu Alahtahijahi:

علمتَ ان الشبابَ والفراغَ والجِدَة مَفْسدةٌ للمرء اىُّ مفسدة

„Scis iuventutem, otium, opulentiam virum corrumpere et quantopere corrumpere“.

---

1) Huius versus metrum, ni fallor, Redjes est conf. Darst. p. 230; sed ita ut initio versus vox علمت superflua sit. Initio versus una littera vel duae vel tres vel quatuor litterae addi possunt; id quod a rei metricae peritis خزم appellatur conf. ib. p. 85.

12) التفريق Loquendi modus est, quo discrimen inter duas res unius generis describitur ex. gr. in versibus sequentibus metri Chafif conf. Darst. p. 262 A. a.

ما نوال الغمام وقت الربيع كنوال الامير يوم سخاء
فنوال الامير بدرة عين ونوال الغمام قطرة ماء

«Donum nubium tempore veris simile non est dono principis die liberalitatis; nam donum principis magna nummorum quantitas et donum nubium gutta aquae est».

13) التقسيم Loquendi modus est, in quo plurium rerum mentio fit, tum cum qualibet re id, quod ei convenit, coniungitur. Sic enim ab eo, quod لف ونشر appellatur, distinguendus est. Hic autem modus inveniri mihi videtur in loco operis nostri p. ٩ l. 6 ان لطف لان الاعداء اذا et l. 14 ان رفع ابلغ الثريا وان وضع انزل الى الثور ib. l. 7 كان رافة وان كثف كان آفة تفرقوا تشققوا ومتى قلوا ذلوا. Idem quoque invenitur in versibus operis nostri p. ١٩ l. 30 sq.

ولا يقيم على ضيم يراد به الا الاذلان عير الحى والوتد
هذا على الخسف مربوط برمته وذا يشج فلا يرثى له احد

«Patienter non ferunt iniuriam, qua adfliguntur, nisi duo viles: asinus gentis et paxillus. Iste (asinus) in pabuli defectu fune trito suo adligatus est et hic frangitur, dum eum nemo deflet» quamquam alii in versibus nil nisi id, quod اللف والنشر appellatur, vident.

14) الجمع مع التفريق Hic modus cum altero coniunctus cernitur in versu metri Motakarib. Darst. p. 281 A. c. فوجهك كالنار فى ضوّها وقلبى كالنار فى حرها «Facies tua est instar ignis in splendore suo et cor meum instar ignis in ardore suo».

15) الجمع مع التقسيم Hic loquendi modus duplex esse potest, ita ut aut plures res uno iudicio contineantur tum dividantur aut plures res dividantur tum uno iudicio coniungantur. Prior res in versibus sequentibus metri Basith. Darst. p. 190 A. a. invenitur:

حتى اقام على ارباض خرشنة تشقى به الروم والصلبان والبيَعُ
للسَّبْى ما نكحوا والقتل ما ولَدوا والنهب ما جمعوا والنار مَا زرعوا

«Donec substitit contra moenia Charschanae, per eum Graeci, cruces et ecclesiae infelices erant ob captivitatem earum, quas in matrimonium duxerant, ob caedem eorum, quos genuerant, et direptionem eius, quod collegerant et combustionem eius, quod severant».

Posterior res in sequentibus versibus metri Basith A. a. Darst. ib. est:

قوم اذا حاربوا ضرّوا عدوّهمُ او حاولوا النفع فى اشياعهم نفَعوا
سجيّة تلك منهم غير مُحْدَثة ان الخلايق فاعلَمْ شرُّها البدَعُ

«Gens est, quae quum bellum infert, hosti nocet aut utilis esse vult adiutoribus suis, prodest. Indoles haec eorum haud nova est; scias autem indoles pessimas esse recenter comparatas».

16) الجمع مع التفريق والتقسيم Hic loquendi modus in Corani loco Sur. 11, 107 sqq. est. يومَ ياتى لا تكَلّمْ نَفْس الّا باذنه فمنهم شَقِىٌّ وسعيدٌ فامّا الذين شَقُوا ففى النار لهم فيها زفير وشهيق خالدين فيها ما دامت السموات والارض الا ما شاء ربُّك انّ ربّك فعال لما يريد واما الذين سعدوا ففى الجنة خالدين فيها ما دامت السموات والارض الا ما شاء ربك عطاءً غيرَ مجذوذ «Die, quo venit (dies), non loquitur anima nisi post veniam ab eo datam. Ex iis autem una pars infe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000163

lices sunt, ii in igne (sunt), in qua ruditus asini emittunt, sempiterni in eo quamdiu coela terraque durant, nisi quod dominus tuus vult; Dominus enim tuus peragit id quod vult. Felices in paradiso sunt semper ibi commorantes, quamdiu coela terraque durant nisi quod dominus tuus vult dono haud abrupto».

Nomen التقسيم duabus quoque aliis rebus datum est, quarum una est, quod rei conditiones memorantur, ita ut cum qualibet conditione id, quod ei conveniat, coniunctum sit. Hoc in versibus Metri Thawil (Darst. p. 162 A.) factum est:

سَأَطْلُبُ حَقّى بالقَنَا ومُشايخٍ كانهم من طول ما التثموا مُرْدُ
ثِقالٌ اذا لاقوا خِفافٌ اذا دُعُوا كثيرٌ اذا شدّوا قليلٌ اذا عُدّوا

„Ius meum quaeram per lanceas senesque, quasi ii ob longitudinem eius, quod ori obvolvunt pilis careant [1]), graves quum occurrunt, leves quum vocantur, multi quum incurrunt, pauci quum numerantur".

Poeta senum conditionem describens id cum qualibet conditione coniunxit, quod ei convenit, dum conditioni occursus gravitatem, vocationi levitatem tribuit.

Altera autem res est, quod partitio rei omnino absolvitur ut in verbis Corani Sur. 42, 48 „Dat يهب لمن يشاء اناثا ويهب لمن يشاء الذكور او يزوجهم ذكرانا واناثا ويجعل من يشاء عقيما ei, cui vult, feminas et dat ei, cui vult, mares et eos, feminas maresque, matrimonio coniungit et ut ii, quos vult, liberis careant, efficit".

17) التجريد Loquendi modus est, quo ab una re qualitate praeditâ, altera eâdem qualitate praedita, ut vis sermonis augeatur, removetur. Hoc autem fit propterea, quod ista qualitas in illa re perfecta est. Exemplum est in verbis: „Mihi لى من فلان صديق حميم e quodam amico propinquus". Hanc ob causam praepositio من appellatur تجريدية; nam sensus esse putatur: Quidam tam perfectus amicus est, ut inde amicus idem removeri possit et satis amicitiae in eo restet. Idem quoque fit praepositione ب ut in verbis: „Profecto! si a quodam petis, profecto! per eum mare petis". لئن سالت فلانا لتسالنّ به البحر Tantopere eius liberalitatem laudari dicunt, ut ab ea mare removeri possit; sed mihi potius in hoc loquendi modo vir cum mari, quod non exhauritur, comparari videtur. Idem quoque adhibita praepositione ب, cui significatio مع (cum) sit, fieri dicunt. Sic in versu metri Thawil (Darstell. p. 162 B.)

وشَوْهَاء تَعْدُو بى الى صارخ الوغى بِمُسْتلئِمٍ مثل الفنيق المُرَحَّل

„Et velox (equa) mecum currit ad eum, qui in proelii campo opem implorat cum (viro) loricâ tecto, sicut admissarius generosus, dimissus". Idem fieri dicunt praepositione في adhibita ut in Corani loco Sur. 41. 28 „iis in ea (Gehenna) domus aeternitatis". لهم دار الخلد In commentario legimus, suffixum فيها ad Gehennam referendum esse et Gehennam ipsam دار الخلد esse. Esse autem domum alteram inde detractam, quae incredulis parata sit. Sed locus diversum interpretandi modum quoque admittere videtur.

1) Cur poeta hoc dixerit, clarum mihi non est.

Talis quoque loquendi modus est, in quo praepositio haud adhibetur ex. gr. in versu metri Camil (Darst. p. 212 A. b.)

فلئن بقيتُ لارحلنّ بغزوة تحوى الغنايمَ او يموتَ كريم

„Si superstes sum, incursionem hostilem faciam, in quâ praedâ potior aut generosus moritur.“

Si generosus ipse est, qui incursionem facit, a se generosum detrahit; sin vero generosus hostis est, qui ab eo occiditur, res aliter se habet.

Huic modo alii quoque adnumerandi sunt ex. gr. in quo loquens metonymiâ utitur ut in versu metri Monsarih (Darst. p. 255 A.)

يا خيرَ من يركب المطىّ ولا يَشْرب كاسًا بكفّ من بَخلا

„O optime eorum, qui iumentis vehuntur et poculum non ebibit manu eius, qui avarus est“ i. e. bibit manu liberalis, nam, quod eum manu avari bibisse negat, idem est, quam quod eum manu liberalis bibisse dicat. Liberalis autem ipse est.

Ad eundem loquendi modum quoque pertinet, quod aliquis se ipsum alloquitur, nam se ipsum alloquens alium a se detrahit, qui descriptione ipsi similis est ex. gr. in versu in opere nostro occurrente p. IIv.

لا خَيْلَ عندك تُهْديها ولا مالُ

„Equites apud te non sunt, quos ducas neque opes!“.

Est igitur ac si a se alteram personam detraxisset, cui equites opesque desint.

18) المبالغة Hyperbola duplex est aut admissa (مقبولة) aut reiecta (مردودة). Hyperbola loquendi modus est, in quo describens ad terminum in re describenda procedit, qui aut absurdus aut longe remotus putatur, dum rei describendae summum gradum tribuere vult. Tres autem sunt hyperbolae species a) التبليغ, qua rei descriptio neque sanae menti neque ei, quod fieri solet, repugnat. Hoc in versu metri Thawil (Darst. p. 162 B.) observatur:

فعادٰى عداءا بين ثور ونعجة دراكا فلم ينضح بماء فيغسل

„(Equus) uno cursu taurum silvestrem vaccamque assecutus est; sed neque aquâ conspersus neque lavatus fuit“.

Res talis est: ut locum habere possit b) الاغراق Describendi modus est, quo res fieri quidem potest; sed consueto modo repugnat. Sic in versu metri Wafir (Darst. p. 203 A.)

ونُكْرم جارنا ما دام فينا فنُتْبعه الكرامة حيث مالا

«Vicinum nostrum honore adficimus, quamdiu inter nos est, sed, quo se convertat, ut honor eum sequatur, efficimus».

Hi duo describendi modi ab Arabibus admittuntur.

c) الغُلوّ Describendi modus est, qui tam sanae menti quam consuetudini repugnat. Hic modus in versu metri Camil (Darst. p. 212 A. a.) invenitur:

واخفت اهلَ الشرك حتى انه لتخافك النُطَف التى لم تُخلَق

«Tanto timore gentem, quae Deo socios tribuit, implevisti, ut ipsae seminis guttae nondum (tanquam foetus) enixae te metuant“.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000165

Talem quoque hyperbolam in nostro quoque opere p. ٣٩ l. 2 sq. inveniri puto.

Sunt autem quaedam huiusmodi species, quae ab Arabibus admittantur, quippe voce additâ rei impossibilitas deminuatur aut modus imaginandi in descriptione pulcher habeatur. Prior modus voce يكاد additâ in verbis sequentibus observatur: يكاد زينتها يُضيءُ ولو لم تمسسه نار „Parum abfuit, quin eius (feminae) ornamentum luceret, etsi id ignis haud tetigisset“ (legitur يضىء et تمسسه cum suffixo masculini).

Posterior modus in versu metri Camil (Darst. p. 212 A. a.) inveniri putatur:

عقدت سنابكُها عليها عِثْيرا لو تبتغى عنقا عليه لأَمْكَنَا

„Ungulae eorum (equorum generosorum) super eorum (capita) pulverem coniunxerunt, super quo si celeriter incedere voluissent, id potuissent“.

Interdum uterque modus coniunctus invenitur. Sic in versu metri Thawil (Darst. p. 162 A)

يُخَيَّلُ لى أَنْ سُمِّرَ الشَّهْبُ فى الدُّجَى وشُدَّتْ بأَهْدابى اليهنّ أَجْفانى

„Stellae fulgentes in tenebris clavis firmatae mihi videntur et ad eas palpebrae meae ciliis meis adligatae“. Poeta longam noctem describit. Voce يخيّل adhibitâ sensus pulchrior putatur.

Est quoque loquendi modus, in quo joci causâ res impossibilis profertur. Sic in versu metri Monsarih (Darst. p. 255 A.)

أَسْكَرُ بالأَمْس إِنْ عزمتُ على الشرب غدا انّ ذا من العجب

„Ebrius heri sum, si mane bibere animus est; haec res mira est“.

19) المذهب الكلامى. Loquendi modus est, in quo in argumentis modum metaphysicorum sequuntur, ita ut ex recte constitutis praemissis petitum necessario sequatur. Hunc modum in verbis Corani Sur. 21, 22. esse putant: لو كان فيهما آلهة الاّ اللهُ لفسدتا „Si in iis (terra coeloque) Deus fuisset praeter Deum verum, utrumque corruptum fuisset“. Idem quoque locum habere putatur in versibus metri Thawil (Darst. p. 162 B.)

حلفتُ فلم اترُكْ لنفسك ريبةً وليس وراء الله للمرء مطلبُ
لئنْ قد بُلِّغتَ عَنّى جنايةً لَمُبْلغك الواشى اغَشُّ واكذبُ
ولكنّنى كنتُ امْرأً لى جانبٌ من الارض فيه مستراد ومذهبُ
ملوكٌ واِخوانٌ اذا ما مدحتُهم أُحَكَّم فى اموالهم واقرَّبُ
كفعلك فى قوم اراك اصطنعتَهم فلم تَرهم فى مدحهم لك أَنْ نبوا

„Iuravi et in animo tuo dubium haud reliqui et viro post Deum nil est, quod petat. Profecto! si de me ad te crimen delatum est, sane! is, qui ad te id detulit, multum decipiens et mendax est. Sed ego vir fui, cui terrae latus erat, in quo locum pabuli quaerendi et locum quo abiret, haberet. Reges sunt fratresque, qui, quotiescunque eos laudo, eorum opibus frui

possum et in eorum propinquitatem advocor, sicut tu erga homines agis, quibus benefecisti; tu autem eos te laudantes peccasse, haud putasti".

Poeta dicere vult, si mihi, quod gentem Djofnah laudo, vitio vertendum est, ii quoque, qui te laudant, vituperandi sunt. Sed hoc non facis. Scholiastes dicit, hanc argumentationem a iurisconsultis قياس appellari.

20) حسن التعليل. Loquendi modus est, quo loquens se adferre putat causam convenientem pulchro modo prolatam; quae autem revera haud exsistit. Hic modus quatuor species complectitur a) dum descripta qualitas haud reiecta est, ut eius causam indicare velit aut b) haud probata est, ut eam probandam esse ostendere velit.

Prior α) talis esse potest, cuius causa haud adpareat, etsi causa haud deest. Talis in versu metri Camil (Darst. p. 212 A. b.) cernitur:

لَمْ يَحْكِ نائلَكَ السَّحابُ وانّما حُمَّتْ به فصبيبُها الرُّحَضاء

„Similis non est nubes dono tuo; sed ob id febri correpta est; eius pluvia igitur sudor est."

Causa, cur pluviae guttae decidant, haud adparet, quamvis causa haud deest.

β) talis esse potest, cuius causa, quae adpareat, alia sit quam memorata. Sic in versu metri Ramal, in quo sexies pes فاعلاتن invenitur (ut in Meidanii opere C. VIII, 120) (conf. Darst. p. 237 A. a.)

ما به قَتْلُ أَعاديه ولكن يَتَّقى إِخْلاف ما تَرْجو الذِيابُ

„Propter ipsum non est, quod hostes suos occidit; sed timet, ne efficiat, ut spes luporum fallatur".

Vera enim causa, cur hostes occidantur, est, ut eorum noxa removeatur; hic autem natura generosa ad occidendum impulsus putatur, ne spes luporum sperantium frustraretur. In opere autem nostro hic loquendi modus inveniri mihi videtur in versu p. ٩ l. 19.

وتَشتّتُ الاعداء فى آرايهم سببٌ لجمع خَواطر الاحباب

b) Quae autem causa haud probata est, ea esse potest aut possibilis aut impossibilis.

Prior modus in versu metri Basith (Darst. p. 190 A. a.) invenitur:

يا واشيًا حَسُنَتْ فِينا إِساءَتُه نَجّى حِذارُك انسانى من الغَرَق

„Oh delatorem! cuius prave agendi modus in nobis pulcher est; nam, quod te caveo, impedit, quominus (oculi mei) pupilla (lacrymis) submergatur"; nam delatoris prave agendi modus secundum hominum cogitandi rationem haud placet; sed placere potest".

Posterior loquendi modus in versu metri Basith (Darst. p. 190 A. a.) sequente est:

لو لم يكن نيَّةُ الجوزاء خدمتَه لما رايتَ عليها عقد منتطق

„Si sideri Orionis propositum ei servitium praestandi non fuisset, profecto! tu circum id monile eius, qui zonam induit, non vidisses".

Stellae Orionem circumdantes نطاق الجوزاء appellantur; sed propositum Orionis res impossibilis habenda est.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000167

Cum loquendi modo, quo loquens pulchram causam se adferre putat, quodammodo cohaeret, quod dubitans causam adfert ut in versu metri Thawil (Darst. p. 162 B.)

كأنّ السحاب الغرّ غيّبن تحتها حبيبًا فما ترقا لهن المدامع

„Est ac si nubes albae sub eo (colle) amatum abscondidissent; et hanc ob causam lacrymae earum haud quiescunt“.

21) التفريع Loquendi modus est, quo iudicium, postquam probatum erat, altero cum eo cohaerente confirmatur ex. gr. in versu metri Basith (Darst. p. 190 A. a.)

أحلامكم لسقام الجهل شافية كما دماءكم تشفى من الكلب

„Prudentia vestra stultitiae morbo medetur sicut sanguis vester (sc. regum) rabiei caninae medela est“.

Arabes putabant, sanguinem regis rabiei caninae medicamentum esse.

22) تاكيد المدح بما يشبه الذم „Laudis affirmatio eo, quod vituperationi simile est“.

Duae huiusmodi species sunt, una, qua, dum res vituperatione digna negatur, altera res excipitur, quae laudi est. Hic modus in versu metri Thawil est (Darst. p. 162 B.) est:

ولا عيب فيهم غير ان سيوفهم بهن فلول من قراع الكتائب

„Vitium in iis non est, nisi quod eorum gladii ob pugnas cum agminibus fissuris impleti sunt“.

In posteriore re, quae excipitur, fortitudinis indicium est.

Altera species eo consistit, quod qualitas laude digna tribuitur tum altera res excipitur, quae etiam laude digna est ex. gr.

انى افصح العرب بيد انى من قريش

Ego Arabum disertissimus sum, nisi quod e gente Koraisch sum.“

Gens autem Koraisch eloquentiae laude digna erat.

Cum hoc modus cohaeret, in quo res excepta adfertur, cui laudis significatio est; sed cum verbo coniuncta cui vituperationis significatio est ex. gr. وما تنقم منا الا ان آمنا بآيات ربّنا „Nil ingrati in nobis invenit, (invenis) nisi quod versus domini nostri credimus“ Idem quoque in versu metri Thawil (Darst. p. 162 A.) observatur:

هو البدر الا انه البحر زاخرا سوى انه الضرغام لكنه الوبل

„Is luna est nisi quod mare est, dum exundat; praeterea quod leo est; sed imber est“.

23) تاكيد الذم بما يشبه المدح Hic modus priori contrarius est. Exemplum est in sequentibus verbis: فلان لا خير فيه الا انه يسىء الى من احسن اليه „In quodam nil boni est nisi quod erga eum, qui ei benefecit, prave agit“. Altera species in verbis sequentibus est: فلان فاسق الا انه جاهل „Quidam corruptor est, nisi quod idem ignorans est.

24) الاستتباع Loquendi modus est, in quo laudem altera res sequitur, quae eadem laudi est. Sic in versu metri Thawil (Darst. p. 162 B.)

نهبت من الاعمار ما لو حويته لهنئت الدنيا بانك خالد

„Tot vitas eripuisti, quas si coniunxisses, mundo gratulandum fuisset, quod aeternus esses“ i. e. toti mundo eius vita aeterna saluti fuisset.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000168

25) الادماج „Loquendi modus est, quo cum sermone, cui sensus est, alter sensus coniungitur sive hic laudi sive alii rei inservit: Sic in versu metri Wafir (Darst. p. 204. A.)

أُقلّب فيه أَجْفانى كانّى أَعُدّ بها على الدهر الذنوبا

„Cilia mea in ea horsum deorsum verto quasi eorum ope temporis crimina numerem".

Poeta longam noctem describens de temporis iniuriis queritur. Hic loquendi modus generalior est, quam is, qui استتباع appellatur, quippe ille nonnisi in laude adhibeatur.

26) التوجيه Loquendi modus, in quo sermo ita constitutus est, ut duos sensus diversos contrariosque contineat ex. gr. in versu:

خاط لى عمرو قباء ليت عينيه سواء

„Ahmruus tunicam mihi nevit. Utinam eius oculi aequales sint!

Quum ille Ahmruus monoculus esset, verba significare possunt; utinam eius oculi sani sint! aut utinam eius oculi caeci sint!

Huic loquendi modo similis mihi esse videtur modus, in quo auctor noster haud raro voci duas significationes tribui posse voluit.

27) الهزل Iocus, quo serium intenditur. Sic in versu metri Thawil (Darst. p. 162. A.)

انا ما تميمىّ اتاك مفاخرا فقُلْ عَدِّ عن ذا كيف أَكْلُك للضَّبِّ

„Quotiescunque Tamimita ad te glorians venit, dic! Ab hoc averte! Quomodo lacertam edere potes?"

28) تجاهل العارف «Quod noscens simulat, se haud nosse». Quum res in Corano inveniatur, Alsecacius id appellavit: وسوق المعلوم مساق غيره لنكتة ut nomen التجاهل Corano minus conveniens evitaret. Hic loquendi modus diversus esse potest ex. gr. vituperatio gravis in verbis versus metri Thawil (Darst. p. 163. C.)

ايا شجر الخابور ما لك مورقا كانك لم تجزع على ابن طريف

«O arbor Chaburi! Quid est, quod folia emittas, quasi ob Ebn-Tharifum tristitiâ adfecta non sis».

aut tanquam hyperbola in laude adhibetur ut in versu metri Basith (Darst. p. 190 A. b.)

أَلَمْعُ برق سرى ام ضَوْءُ مصباح ام ابتسامتُها بالمنظر الضاحى

«Num splendor fulguris an lux lucernae an risus eius vultu apparente est?

aut in vituperatione ut in versu metri Thawil (Darst. p. 163. C.)

وما ادرى وسوف إخال ادرى اقومٌ آل حصن ام نساء

«Nescio, sed puto, me sciturum esse, utrum viri sint familia Hizni an mulieres».

aut in stupore ob amorem ut in versu metri Basith (Darst. p. 190 A. a.)

بالله يا ظبيات القاع قلن لنا ليلاى منكن ام ليلى من البشر

«Per Deum! campi dorcades nobis dicite, num Laila mea e vestrûm numero sit an ex genere humano!»

29) القول بالواجب. Hic loquendi modus duplex est a) quo, si cuidam rei qualitas modo metonymiae tributa est, qua iudicium (sententia) nititur, alii rei istam qualitatem tribuis neque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000169

affirmans, istam sententiam alii rei convenire neque illam negans. Hic modus in Corani verbis invenitur: Sur. 63, 8. يقولون لئن رجعنا الى المدينة ليخرجنّ الاعز منها الاذل ولله العزة ولرسوله وللمؤمنين «Dicunt (hypocritae): Si Medinam redimus, potens vilem ex ea expellet; sed Deo eiusque legato nec non credentibus potentia est». Vox الاعز qualitatem designat, qua modo metonymiae pars hypocritarum in oppido Medina designatur; vox الاذل eodem modo Mohammedanos designat. Hypocritae statuerunt, suam partem Mohammedanos ex oppido expulsuram esse. Deus alii parti potentiam tribuit.

Alter modus eo consistit, quod voci, cui a quodam significatio tributa est, huic contraria significatio datur, dum cum ea alia res coniungitur. Sic in versu metri Chafif (Darst. p. 262 A. a.)

قلتُ ثقّلتَ اذ اتيتُ مرارا قال ثقّلتَ كاهلى بالايادى

«Dixi: Gravibus oneribus (commeatus) pressi quum saepius venissem; dixit: beneficiis dorsum meum onerasti».

30) الاطراد. Loquendi modus est, quo quis nomina laudati aliusve et nomina maiorum secundum ordinem sine molestia adfert. Sic in versu metri Camil (Darst. p. 212 A. b.)

ان يقتلوك فقد ثللت عروشهم بعُتَيْبَةَ بن الحارث بن شهاب

«Si te occidunt, ...; sed tu eorum thronos fregisti occiso Ohtaibaho filio Alharetsi ben-Schehab».

II. Ornamenta, quae in vocibus inveniuntur.

1) الجناس Similitudo duarum vocum in pronuntiatione.

Similitudo perfecta est, si litterae eiusdem speciei sunt, eundem numerum habent, eodem enuntiandi modo gaudent, eâdem serie coniunctae sunt. Talis similitudo, quae مماثل appellatur, in opere nostro p. 1. l. 6 in vocibus الجوارح et بالجوارح p. ٢١ l. 3 الضيعة et ضيعة p. ٢٣ l. 2 الاسفار «libri» et الاسفار «itinera» p. ٥٠ l. 26 الجنان «horti» et الجنان «stultitia» ib. بالقصور «palatia» et القصور «defectus» est. conf. p. ٦٩ l. 15. p. ١٠١ l. 15 p. ٢٠١ l. 9.

Quod si vero species vocum diversae sunt, ut ex. gr. una nomen altera verbum sit, hic modus مستوفى appellatur. Exempla inveniuntur in opere nostro p. ٥ l. 17 in vocibus العصا «baculus» et عصا «rebellavit» p. ١٩ l. 4 رمق «vidisset et رمق «extremus vitae spiritus».

Si una vox simplex est; altera autem duabus partibus constat, loquendi modus جناس التركيب appellatur. Hic quoque modus duplex esse potest. a) Si in scribendi modo haud differunt, modus التشابه appellatur. Exempla sunt in opere nostro p. ١٧ l. 4 وجار „latibulum“ et وجار „et vicinus“ p. ٤٤ l. 13 حالك „status tuus“ et الحالك „niger“ p. ١٥٣ l. 5. وفاته „mortem suam“ et وفاته „et eum fugit“ p. ١٥٧ l. 24 وثباته „adsultus eius“ et وثباته „et firmitas eius“.

Sin vero voces scripturâ differunt, modus المفروق appellatur. Res in versibus metri Ramal (Darst p. 239 B. c.) observatur:

كلكم قد اخذ الجامَ ولا جامَ لنا
اما الذى ضرّ مُديرَ الجام لو جاملَنا

„Omnes vos poculum sumsistis; sed nobis poculum non est. Quid autem nocuisset ei, qui poculum circumsedentibus dat, si erga nos pulchre egisset?

Voces tali modo scriptae sunt جامَ لنا et جاملنا

Sic modus appellatur, si uni voci littera alterius vocis addita non est; sin autem hoc factum est, res المرفوّ nomen habet ut in vocibus operis nostri p. ١٣ l. 30 sq. البله et لذنب له et p. ٩٩ l. 2 ماشا et ما شا

Si vocis litterae alterius litteris omnino aequales sunt; sed vocales differunt, modus محرَّف appellatur. Exempla in opere nostro permulta inveniuntur ut p. ١٣ l. 10 in vocibus الانْس et الأُنْس l. 25 القرى et القُرى p. ١٥ l. 11 sq. مُجالسه et مَجَالسه p. ٢٢ l. 1 آذان et بالأَذان p. ٥٩ l. 2 لَجَدّ et لجدّ p. ١٣٣ l. 2 يعْنيه et يعَنيه p. ١٩٣ l. 3 يقبله et يقبّله

Si una vox unâ litterâ abundat, modus ناقص appellatur. Res in opere nostro observatur p. ١٣ l. 29 in vocibus لجهد et لجد p. ١٨ l. 3 حدسه وحسه p. ٢٨ l. 7 الامكان et المكان p. ٥٥ l. 16 سوق الفسوق et p. ٧٥ l. 14 in verbis وكم لنا فى الشر من سُوق ومن سَوق الى فسوق p. ١٥٣ l. 18 النكد et الكد. Si littera abundans in fine unius vocis est ut p. ٨ l. 3 in vocibus التلاف et التلافى et p. ١٩٠ l. 13 الكد والكدح hoc quoque مطرَّف appellatur. Et si vox in fine pluribus litteris abundat ut in versu Alchansae, cui metrum Camil est (Darst. p. 215 C. b.)

ان البُكاء هو الشفاء من لَجوى بين الجوانح

„Ploratus remedium ardoris in corde inter costas est“

hic modus مذيَّل quoque appellatur. In vocibus autem nonnisi una littera diversa esse potest ex. gr. in loco operis nostri p. ٣٢ l. 4 sq. فاحتوشته وانتوشته واختطفته واقتطفته ووزّعته ومزّعته ومرشته وقرشته. Si haec littera eiusdem speciei est, ut pronuntiatio similis sit, haec species مضارع appellatur. Triplex est secundum locum, quem illa litera occupat. Aut initio vocis essse potest ex. gr. in opere nostro p. ٣٩ l. 20 دامسة et طامسة p. ١٧ l. 23 قرمك et كرمك aut in media voce p. ٣٩ l. 32 فَصْله وفَصْله p. ٥٣ l. 20 انشاب انسباب conf. p. ١٢ l. 10 et p. ٨٥ l. 10 حكمه وحلمه aut denique in fine ex. gr. p. ٢٧ l. 21 ولا قريب ولا قرين

Eaedem quoque litterae ordine diverso coniunctae esse possunt. Hic modus تجنيس القلب appellatur. Si ordo omnium vocum diversus est ut in vocibus p. ٣٤ l. 9 لفتوح لختوف hic modus قلب كل nomen habet; sin vero nonnisi pars ordine diversa est ut in opere nostro p. ١٨ l. 6 يتلفت et يتفلت p. ٢٩ l. 14 يعانيه et يعانيه; p. ٢١١ l. 29 جناح et نجاح, hic modus قلب بعض appellatur.

Si una vocum initio versus, altera fine ponitur ut in versu metri Ramal (Darst. p. 239 B. b.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000171

لاح أَنْوارُ النَّدى من كفّه فى كل حال

„Lumina liberalitatis e manu sua omni statu luxerunt“

hoc مجنّح مقلوب appellatur; siquidem voces tanquam versus alae cogitari possunt. Similis modus in locis operis nostri invenitur p. ۱۲۴ l. 26. وهذا الفتح انما هو حاصل بحتفه et p. ۱۹۱ l. 18 فتالم الارنب وتامل.

Diversus ab hoc est modus, si res initio duarum phrasium locum habet ex. gr. in opere nostro p. ۴۱ l. 16 ثمر افاض عليه المال واضاف اليه صالح الرجال. Si voces duae aliâ voce haud interpositâ coniunctae sunt, ut in locis operis nostri p. ۳۴ l. 15 ولا خبَرَ لحريق والرحيق et p. ۳۷ l. 7 ولا فرّق بين المفارق والمرافق et l. 21 ثمر سحبوه وحبسوه عالم عامل, hic modus جناس مزدوج et جناس مكرر et جناس مردد appellatur.

Cum hoc loquendi modo duae res cohaerent, quarum una est, quod duae voces adhibitae sunt ab eadem radice derivatae; altera, quod ab una radice derivatae videntur; sed revera non sunt. Prior in opere nostro p. ۴ l. 13 in vocibus ولا معرفة ولا تعريف p. ۹ l. 32 المحقون et المستحقون; posterior in loco p. ۴۹ l. 21 in vocibus مَعين et مُعين et p. ۳۹ l. 15 قلاك «coxit te» et قلاك «odit te» invenitur.

2) رد العجز على الصدر. Hic loquendi modus eo consistit, quod in prosa cum homoioteleuto coniuncta una duarum vocum tam in litteris quam in significatione consentientium aut earum, quae in litteris consentiunt, sed significatione diversae sunt aut earum, quae ab eadem radice derivatae sunt aut derivatae videntur, in initio propositionis, quae homoioteleuto gaudet; altera autem in fine est, ut quatuor modi cogitari possint. In opere nostro p. ۱۰ l. 28 legitur: وصكه موضع لثمه صكة et ibid. p. ۱۱ l. 24 واذا حصل تلذعه شرّ لذعة وتلسعه احرّ لسعة فلم يتوقف كل اغتمى اعقف et p. ۲۴۵ l. 5 والعين تعرف العين p. ۱۷۲ الزوج وُجد الولد وحصل سائل اللئيم يرجع ودمعه سائل et in verbis وكافر اغلف فى ضرب رقبة من اعيى او توقف; nec non in verbis Corani Sur. 71, 9 استغفروا ربّكم انه كان غفّارا «Veniam rogate dominum vestrum, nam is condonans est!“

In poesi autem, dum una duarum vocum, quae quadruplicis speciei esse possunt, in fine versus, altera autem initio hemistichii prioris aut in medio aut in fine aut in initio posterioris hemistichii est, sedecim modi cogitari possunt.

Auctor libri Almochtazir, cuius initio mentionem fecimus, exempla sequentia adtulit

1) سريع الى ابن العم يلطم وجهه وليس الى داعى الندى بسريع

«Celeriter ad patruelem tendit eius faciem percutiens; sed ad eum, qui ad liberalitatem exercendam vocat, haud properat». Metrum Thawil (Darst. p. 163 C.)

2) تمتّعْ من شميم عَرار نجد فما بعد العشيّة من عرار

«Odorem buphthalmi silvestris provinciae Nedjd cum voluptate percipe, nam post vesperam hanc nil buphthalmi erit! Metrum Wafir est (Darst. p. 203 A.) conf. Chrest. meam gram. hist. p. ۱۴ et Hamâs. p. ۵۴۸

3) ومن كان بالبيض الكواعب مغرما فما زلت بالبيض القواضب مغرما

«Qui albis (puellis) sororiantibus mammis praeditis deditus est; sed ego albis (gladiis) secantibus semper deditus fui». Metrum Thawil est (Darst. p. 162 B.)

4) وان لم يكن الا معرّج ساعة قليلا فانى نافع لى قليلها

«Et si nonnisi parvum temporis spatium commoramur; sed parum eius mihi prodest». Metrum Thawil est (Darst. p. 162 B.)

5) دعانى من ملامكما سفاها فداعى الشوق قبلكما دعانى

«Intermittite vituperare ob stultitiam; nam amoris praeco ante vos me vocavit! »Metrum Wafir (Darst. p. 204 A.)

6) واذا البلابل افصحت بلغاتها فانف البلابل باختساء بلابل

«Et si lusciniae claris vocibus canunt, tristitiam depelle, dum pocula ebibis!» Metrum Camil est (Darst. p. 212 A. a.)

7) فمشغوف بآيات المثانى ومفتون برنات المثانى

«Amore versuum Corani perditus et insanus ob sonos chordarum testudinis». Metrum Wafir est. (Darst. p. 204 A.)

8) أمّلتهم ثم تأمّلتهم فلاح لى ان ليس فيهم فلاح

«Spem in iis posueram; tum eos consideravi. Clarum mihi erat, in iis salutem haud esse«. Metrum Sarih est (Darst. p. 243 A. a.)

9) ضرائب ابدعتها فى السماح فلسنا نرى لك فيها ضريبا

«Naturis, quas liberalitatem exercens primum excogitasti, in eis tibi similem esse haud putamus». Metrum Motakarib est. (Darst p. 281 A. a.)

10) اذا المرء لم يخزن عليه لسانه فليس على شى سواه بخزان

«Quum viri lingua eius arcana haud celat; nulla res praeter eam celat». Metrum Thawil est (Darst. p. 162 A.)

11) لو اختصرتم فى الاحسان زرتكم والعذب يهجر للافراط فى الخصر

«Si in beneficiis superfluum omisissetis, vos visitassem; sed ipsa dulcis aqua ob nimium in frigore fugitur». Metrum Basith est (Darst. p. 190 A. a.)

12) فدع الوعيد فما وعيدك ضائرى أطنين أجنحة الذباب يضير

«Minas omitte, nam minae tuae mihi haud nocent! num tinnitus alarum muscae nocent?» Metrum Camil est (Darst. p. 212 A. b)

13) وقد كانت البيض القواضب فى الوغى بواتر فهى الآن من بعده بتر

«Gladii secantes in proelii campo amputantes fuêre; sed nunc ob eius absentiam boni non sunt". Metrum Thawil est. (Darst. p. 162 A.).

Exempla tria ab auctore omissa sunt. Hisce autem ex opere nostro nonnulla exempla addere placet. P. o l. 13 versus legitur:

نجوم سماء كلّما انقضّ كوكب بدا كوكب تاوى اليه كواكب

Pag. ٩ l. 15

وما بكثير الف خل وصاحب وان عدوا واحدا لكثير

Pag. ٢٤ l. 32

ولم أَرَ من بنى الدنيا سلاما فان تَرَهُ فابلِغْه سلامى

Pag. ٣٣ l. 26

قد قيل ذلك إن صِدْقا وإنْ كَذِبا فما احتيالُك فى شىء وقد قيلا

3) السجع Hoc vocabulo in oratione soluta significant, in fine propositionum duarum eandem litteram esse, ita ut in oratione soluta vocabulum eandem significationem habeat, quam vox القافية (homoioteleutum) in versibus. Vocabulo السجع autem utuntur tum ad significandam vocem postremam propositionis, cui الفقرة nomen est, tum ut significent, duas illas voces in fine duarum propositionum consentire.

Modus triplex esse potest a) مطرَّف appellatus, in quo vocibus illis duabus idem metrum non est ex. gr. in opere nostro p. ٢٩ l. 4. مَقدَمه ونِعَمه p. ٣٨ l. 19 الاحتيال et الانكال et innumeris locis. b) Si omnes singulae voces aut maior earum pars in duabus propositionibus et metro et homoioteleuto aequales sunt, hic modus ترصيع appellatur. Exemplа sunt in opere nostro p. ٢٣ l. 27 in verbis ازكى زهر sqq. et اذكى عطر sqq. p. ٢٩ l. 4 واستقر فى اتم سرور واستمر فى اعم حبور p. ٩٣ l. 2 in verbis وفواضل يضاغل sqq. et وشوامل شمايل sqq. Maior autem pars aequalis est in sequentibus p. ٣٤ l. 15 ولا سبرَ العدو والصديق ولا خبر للحريف والرحيق. Confer praeterea p. ٤٢ l. 10 p. ١٢٣ l. 15 p. ١٤٥ l. 24 p. ١٩٨ l. 18. 3) Sin autem neque omnes voces neque maior pars consentiunt, hic modus متواز appellatur. Sic in loco p. ٥ l. 2 ثم امعن النظر واجال قداح الفكر et p. ٩٣ l. 22 ذو حكم مطاع وجنود واتباع وممالك واسعة ذات اطراف شاسعة

Pulcherrimus loquendi modus putatur, si propositiones singulae longitudine aequales sunt ut in opere nostro p. ٣٢ l. 28 فالتهب قيظ غضبه، واشتعل شواظ لهبه; p. ٣٤ l. 30 وتمكن من ففرغ باله، واصلح حاله، واطمأن خاطره، et p. ٣٥ l. 9 الجليل والحقير وتحكم فى الكبير والصغير واستقرت اموره، واستقامت اوامره. Sin autem duae propositiones longitudine aequales non sunt, secundam aut tertiam longiorem esse probant ut p. ٢ l. 6 اعتادتها النفوس، ولم يكترث لوقوعها et l. 7 فلما هجم الليل، اقبلت السباع من كل واد كالسيل et p. ٣٥ l. 9 القلب الشموس لا يجد دليلا، ولا يهتدى سبيلا، ولا يعرف مقرا ولا مقيلا

Minus probant, si unam propositionem altera multo brevior sequatur, siquidem audiens, qui prioris longitudinem noverit, eandem aut similem exspectare possit. Exempla sunt p. ٨ l. 14 ينبغى et p. ٩ l. 18 sq. ولا قدرة له على فصل المشكلة، والقضايا العويصة المعضلة، لا سيما اذا كان ذا عقل صحيح، ووهد صريح، et l. 20 للملك ان لا يتعدى، لذلك حدًّا

Homoioteleutum autem in prosa nonnisi quiescente i. e. vocali destituta littera postrema effici volunt; nam saepissime accidit, ut voces in fine diversas vocales habeant ex. gr. p. ٩ l. 20 in voce الكتاب Kesra; in voce صواب Dhamma est. In opere autem nostro interdum Nunnatio, ut ita dicam, loco litterae quiescentis admissa est. Exempla sunt p. ٤٢ l. 13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000174

قال الشيخ ابو الحازن من طود علمه على ميدان p. ٥٣ l. 1 وانما لك خازنٌ والله على افعالك مجازٍ
شى من المعادن محفود بسودد وسوادٍ p. ١٣٨ l. 25 الفصل اشمخ راس et

Quae autem in Corano homoioteleuta occurrunt, ea nomine السجاع vocabulo Corano minus conveniente appellari nolunt, quippe vox columbae sonum gementem designet, quapropter in Corano hic modus nomine فواصل appellandum esse censent. Praeterea iste loquendi modus non solum-orationi solutae proprius est; verum etiam in versibus seriore tempore compositis invenitur. Exemplum est in versu:

تجلّى به رُشدى وأثّرت به يَدى وفاض به ثَمْدى وأورى بد زَنْدى

„Clare apparuit eo recte agendi ratio mea et dives fit eo manus mea et eo aqua mea pauca inundat et ignitabulum meum eo ignem emittit". Metrum Thawil est (Darst. p. 162 A.)

Quae res si ita est, versus quoque, in quorum hemistichiis tale homoioteleutum; sed diversum ab homoioteleuto alterius hemistichii observatur (id quod تشطير appellarunt), huic modo accensendi sunt. Talis est versus sequens:

تدبير معتصم بالله منتقم لله مرتغب فى الله مرتقب

„Prudentia Mohtazemi eo consistit, quod per Deum punit, Deo cupit (desiderat) et a Deo exspectat (aut praemium aut poenam). Metrum Basith est. (Darst. p. 190 A. a.).

Similis modus in versibus operis nostri p. ١٠١ l. 20 esse videtur:

يستعطفون الاكابر يستعبدون الاصاغر
يحيون رسم الاوايل يعلّمون الاواخر

4) الموازنة Hic modus eo consistit, quod postremae voces propositionum duarum eodem metro in syllabis gaudent; sed homoioteleuto carent. Exempla in opere nostro sunt p. ١ l. 8. فما وسعنى الا انحياز الى العزلة والتعلق بذيل الانفراد والوحدة; nam voces العزلة et الوحدة eiusdem mensurae sunt; sed homoioteleuto carent et p. 21 وصار كل يوم يهيّئ له من اطيب الاطعمة ولذيذ الاغذية

Si aut omnes voces aut maior pars in una propositione mensurâ aequales sunt vocibus alterius propositionis, sive alteri in homoioteleuto aequales sint sive inaequales, hic modus nomine المماثلة appellatur. Exemplum est in opere nostro p. ٥ l. 2 وارف المعارف فاضل الفضايل فناوشهم الببور البواسر etc. et l. 23 المواجهة والمشافهة p. ١٩٧ l. 9 sq. وافر السيادة كامل السعادة وعاوشهم النمور الجواسر وعارشهم الاسود الكواسر

p. ١٥٨ versus

ما العمر ما طال بد الدهور العمر ما طاب به السرور

„In hisce maior pars aequalis est; omnes autem in versu Albohtarii aequales sunt:

فاحجم لما لم يجد فيك مطمعا واقدم لما لم يجد عنك مهربا

„Abstinuit, quum in te rem desiderabilem haud invenisset et accessit, quum a te fugam haud invenisset". Metrum Thawil est (Darst. p. 162 B.). In carminibus Abu-l'Faradji Alrumi poetae haud Arabici maior pars carminum laudativorum hoc modo compositus est et Alanwari hunc modum imitatus est.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000175

5) القلب Hic modus eo consistit, quod propositiones sive ab initio sive a fine incipiuntur, eodem modo legi possunt. Eum in versu snquente inveniunt:

مودّته تدوم لكل هَوْل وهل كل مودته تدوم

„Eius amor in omni terrore durat et num eius totus amor durat?“ Metrum Wafir est (Darst. p. 204. A.) Eadem res in hemistichio sequente locum habet:

ارانا الاله هلالا انارا

„Deus nobis lunam novam ostendit, quae luxit“.

In Corano quoque hunc modum inveniunt ex. gr. Sur. 74, 3 in verbis: وَرَبَّكَ فَكَبِّرْ. Silentio praetereundum non est, litteram Teschdido instructam idem valere quam Teschdido destitutam. Res quoque in una voce ut سلس locum habere potest.

Similis autem modus in opere nostro p. ٧٨ l. 18 observatur, in quo loco eaedem propositiones, quamquam voces diversae sunt, haud diverso litterarum ordine eodem modo legi possunt:

ارى قدمك اراق دمك، واهوالك اهوى لك، وافعالك افعى لك،

5) التشريع Hic modus, qui التوشيح quoque et ذات القافيتين appellatur, eo consistit, quod in versu duo homoioteleuta ita constituta sunt, ut, sive unum sive alterum sumas, metrum versus diversum quidem; sed haud mancum sit. Exemplum adtuli in opere meo: Darstellung der Arab. Verskunst p. 419 sq. Hunce modum noster quoque in opere suo imitatus videtur in soluta oratione ex. gr. p. ٧ l. 1 وبين لهم مكانا يجتمعون اليه وزمانا لا يتاخرون et p. ٥٦ l. 14 فكل سهم مكر فوّقناه الى نحر حياته يعود علينا وكل رمح فكر عنه ولا يتقدمون عليه صوّبنا سنان عامله الى شاكلة بقائه يرجع الينا

6) لزوم ما لا يلزم Hic modus, qui الالتزام et التضمين nec non الاعنات quoque appellatur, eo consistit, quod ante litteram, quae homoioteleuto constituendo inservit, sive in versu sive in oratione soluta sit, littera ad homoioteleutum haud necessaria adfertur ex. gr. p. 1 l. 19 in vocibus الجمل et العمل p. ٢ l. 5 الحكم et الاكم p. ٩٠ l. 7 حرسك et افترسك p. ٩١ l. 22 الصفع et نفع

In omnibus autem orationis ornamentis, quae adhibentur, cavendum est, ne sensui noceant.

His absolutis iam nonnullarum rerum mentio facienda est, quae in opere nostro occurrunt.

1) الاقتباس Hoc nomine appellatur, quod Corani vel traditionis pars versui aut orationi solutae inseritur, ita ut haec indicata non sit. Sic p. ٣٣ l. 18 verba وابتغ فيما آتيك الله الدار الآخرة e Corano inserta sunt et ib. l. 27 verba الذكرى تنفع المومنين p. ٣٠ l. 2 اولئك الذين اشتروا الضلالة بالهدى. Traditionis quoque verba multis locis inveniuntur.

2) التضمين Eo consistit, quod versus aut plus etiam aut minus poesi inseritur, ita ut indicatum sit. Interdum, si versus aut plus inseritur, hoc استعانة appellatur; sin hemistichium aut minus hoc ايداع et رفع nomen habet.

3) العقد Hoc eo consistit, quod versus Corani aut traditionis aut proverbii verba aut aliud quid inseruntur, dum verba multum mutata sunt aut auctor Corani verba esse indicavit. Si alia verba, quam e Corano aut traditione desumta sunt, modus semper العقد appellatur.

Sic in opere nostro p. ٨٨ l. 14 versus legitur:

القول كالملين المحلوب ليس له ردّ وكيف يرد الحالب اللبنا

in quo componendo auctor proverbium اصعب من رد الشاخب فى الضرع multum mutavit.

4) الحل Eo consistit, quod versus in orationem solutam mutatur. Huiusce modi in opere nostro exemplum non inveni.

5) التلميح Loquendi modus est, in quo historiam aut versum aut proverbium auctor respicit, dum neque unius neque alterius mentionem facit. Haec res mihi p. ٥ l. 17 in verbis وقلبوا لاخيهم ظهر المجن et ib. وارادَ شق العصا et p. ٨ l. 32 وانى يرد السهم الى الفوق et p. ١٣٣ l. 2 بما لاقى يسار الكواعب locum habere videtur.

Corrigenda et addenda.

Pag. ٥ l. 1 Signum homoioteleuti post voces كان et الزمان ponatur.

— l. 2 Post voces المعارف et الفضايل homoioteleuti signa ponenda sunt, ne propositio كامل السعادة nimis brevis fiat, id quod vitium putatur. Est igitur in singulis quatuor vocibus homioteleutum.

— l. 6 Pro المنظر legas المنظر

— l. 11 Homoioteleuti signum post vocem السرير deleas.

— ٩ l. 19 Versus in Vita Timuri quoque T. I p. 460 ed. Mang. invenitur

— ٧ l. 7 Pro الوظايف legas الوظايف

— l. 10 Legas من احسان والطاف

— ٨ l. 24 Post vocem مراسيمه homoioteleuti signum ponatur.

— l. 28 Post vocem الامر homoioteleuti signum ponatur.

— ١١ l. 14 Post vocem انوشروان homoioteleuti signum ponatur.

— l. 18 Post vocem يتعدى homoioteleuti signum ponatur.

— l. 27 Sermonis, quem Salamo cum formica habuisse dicitur, in fabula mentio facta est, cuius pars in Grammatica Iobi Ludolfi Aethtiop p. 4 sq. allata est. Salomonem ab ea consilium accepisse, claris verbis dictum haud inveni. Fortasse rem animo habuit, quam a Kaswinio in Kosmographia T. I p. 447 narratam legimus.

— ١٣ l. 25 Versus idem in Vita Timuri quoque T. II p. 750 occurrit.

— ١٤ l. 18 Homioteleuti signum post vocem والمكان deleas et post vocem تابعان ponas.

Pag. ١٥ l. 15 Legas النَّظَر

— ١٩ l. 9 Pro دُرَّة legas دِرَّة

— l. 26 Legas النَّظَر et الفِكَر

— ١٧ l. 10 Potius بحرّق enunciandum est.

— l. 16 Legas شَفَقتك

— ١٨ l. 1 Hidjasi modi mentio facta quoque est in Gulistano p. ٢٢٩ ed. Gladw. نمی دانی که اهنك حجازی فرومانده زبانان طبل غازی

— l. 9 Voces صوت المثانی والمثالث in Vita Timuri quoque T. II p. 928 occurrunt.

— l. 12 Idem versus in Vita Timuri quoque T. II p. 672 ed. Mang. invenitur.

— l. 18 Versus in Vita Timuri quoque T. II p. 400 ed. Mang. leguntur.

— l. 20 Legas عُدْم

— l. 29 Post vocem بذنبه homoioteleuti signum deleas.

— ١٩ l. 5 Pro دهره l. داره

— l. 30 — غیر l. عیر

— ٢٠ l. 6 Post vocem لی homoioteleuti signum deleas.

— l. 10 Loco vocis خُضْرة enuncies خِضرة

— ٢١ l. 13 Pro شوقتی legas شوقتی aut شوقتنی

— l. 20 Legas التقصی

— l. 28 Verbis بالله شنف المسامع verba admiratione digna et pulcherrima esse, dicere vult.

— ٢٣ l. 2 Pluralis معارف a singulari معرفة derivandus cum significatione notorum seriori tempori proprius videtur conf. p. ٢٨ l. 19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000178

Pag. ٣٣ l. 8 Legas الى الامور المسغسفة
— l. 14 اتيت النصيحة من بابها «Venisti ad sincerum monitum per portam i. e. modo recto rem aggressus es, quemadmodum per portam intrandum est conf. p. ١٣١ l. 3.
— l. 16 Post vocem عاقل homoioteleuti signum ponas.
— ٣٣ l. 18 Pro وابتغ legas واتبع
— ٣٤ l. 1 De loquendi modo وشتاء يقطع الحديد, qui proverbialis loquendi modus est, nonnisi in regionibus frigidissimis ortus, confer p. ٦٨ l. 13.
— l. 15 Post voces وانعزل et جبل homoioteleuti signa ponas.
— ٣٥ l. 11 Pro النخس legas النجس
— ٣٧ l. 12 Pro شخصا legas شخصا
— l. 29 — الماثر — الماتم
— ٣٩ l. 22 Post voces السفر et ما قدر homoioteleuti signa ponas.
— l. 28 Pro يُحْزَنون legas يَحْزَنون
— ٣٠ l. 20 — المُهَا legas المَهَا
— ٣١ l. 1 — اصلُح — اصلَح
— ٣٢ l. 2 — مُحَبَّة — مَحَبَّة
— l. 12 — تَقَبَّل — تُقَبَّل
— l. 22 — علبه — عليه
— ٣٥ l. 5 — تَنْقُص — تُنْقَص
— ٣٦ l. 19 — يا للثار l. بالثار
— l. 20 Enuncies المعطّلة et المعضّلة
— l. 24 Post vocem جبلية homoioteleuti signum ponas.
— l. 25 Post vocem قيل homoioteleuti signum ponas.
— ٣٨ l. 2 Post vocem مَحَبَّة homoioteleuti signum ponas.
— l. 23 Legas ونَهْضة
— ٣٩ l. 10 Pro تتوقف leg. تتوقف
— l. 11 — الازواج — الازواج
— ٤٥ l. 4 Versus in Vita Timuri quoque T. I p. 644 occurrit.
— ٤٦ l. 5 Pro بالاغراض legas بالاعراض
— l. 28 — علمكم — علمُكم

Pag. ٥٠ l. 31 Versus in Vita Timuri quoque T. I p. 496 ed. Mang. occurrunt.
— ٥٢ l. 21 Pro تَبَعَكْ leg. تَبَعَكْ
— ٥٤ l. 9 — مُهْاجر — مُهَاجِر
— ٥٧ l. 20 Legas النَّظر et الفِكر
— ٥٨ l. 5 — طوايف — طوايفَ
— l. 24 — النَّمر et الدَّمِر
— l. 27 Pro افعالهم leg. احوالهم
— ٥٩ l. 32 — لتكتفى leg. لتكفى
— ٦١ l. 1 — واخر — واخَر
— l. 19 — يتطرق leg. يتطرف
— l. 30 — المانة — والمانة
— ٦٢ l. 30 Post vocem ابيه homoioteleuti signum ponas.
— ٦٣ l. 3 Loco vocis وعين legas عين
— l. 9 Post voces النظر et الفكر homoioteleuti signa ponas.
— l. 13 In codice 713 loco vocis الرفيعة legitur الرقيقة, quod praeferendum est.
— l. 18 Post vocem بشارة homoioteleuti signum ponas.
— l. 20 Pro voce الطبيب legas الطبيب
— ٦٤ l. 20 Post voces طواشى et بلا شى homoioteleuti signa ponas.
— ٦٦ l. 9 Videtur الاغذية legendum, quippe cuius vocis significatio generalior sit.
— l. 26 Post vocem دينار homoioteleuti signum deleas.
— l. 27 Post vocem امرك homoioteleuti signum deleatur.
— ٧٠ l. 1 Codicis 731 legengi modum من ذلك الملال praeferendum puto.
— l. 26 Versus duo in Vita Timuri quoque T. I p. 182 leguntur; sed haud recte versi sunt.
— ٧١ l. 3 Pro دفاقر legas دفاتر
— ٧٥ l. 9 Legas وتفضّلون
— l. 22 Homoioteleuti signum post voces طبعنا عليه deleatur.
— ٧٦ l. 4, 5 Homoioteleuti signa post voces وجوم et الرجوم delenda videntur.
— ٧٨ l. 7 Pro والى leg. وانى

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000179

Pag. ٧٩ l. 22 Pro يسنب leg. ينسب
— l. 24 Post vocem اشتراك homoioteleuti signum ponas.
— l. 31 Homoioteleuti signum post vocem الهامية deleas et post vocem حامية ponas, nam voces والشمس حامية «dum sol ardet» cum prioribus sensu coniungendae sunt.
— ٨٠ l. 8 Pro مدثر leg. متدثر
— ٨١ l. 29 — المخلطين leg. المخلصين
— ٨٤ l. 24 — ولا يفرط — ولانفرط
— ٨٧ l. 12 Homoioteleuti signum post vocem قاموا deleas.
— l. 24 Videtur جلسة legendum.
— ٨٨ l. 19 Pro فاطرحه فى leg. فاطرحه من
— l. 25 — اتتك cum uno codice فاتتك legendum puto.
— ٩١ l. 1 Versus duo in Vita Timuri quoque T. I p. 56 inveniuntur. Loco vocis لاحظتك ibi احرستك legitur.
— ٩٩ l. 24 Homoioteleuti signum post vocem بتارك deleas.
— l. 25 Pro voce الجفا melius legendum videtur الجفا
— ٩٧ l. 7 Post vocem حميم et l. 8 post عظيم homoioteleuti signum ponas.
— l. 9 Legas لها شروط
— ١٠١ l. 3 Post vocem فقال homoioteleuti signum ponas.
— ١٠٢ l. 14 Pro طالع legas ظالع
— ١٠٣ l. 17 — ولا legas لا
— ١٠٩ l. 16 — الحلة — الحلة
— ١٠٨ l. 26 Verba والانسان مدنى بالطبع ex Aristotelis Politt. L. I c. 1. originem duxerunt, nam ibi legitur: ἐκ τούτων οὖν φανερόν ὅτι τῶν φύσει ἡ πολις ἐστί, καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον et postea διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζῶου μᾶλλον, δῆλον.
— ١٠٩ l. 13 Pro ويتواطون leg ويتواطون
— l. 16 — ان يقال leg. ان قيل
— l. 20 Post vocem حصر homoioteleuti signum ponas.
— ١١١ l. 20 Pro احضرت leg. احضرت
— ١١٥ l. 13 — يشعر — تشعر
— ١١٩ l. 20 — الصدافة — الصداقة.

Pag. ١١٧ l. 17 Pro مخايل السعادة leg. مخايل السيادة
— ١١٨ l. 2 Pro ذرال leg. ذراك
— ١٢٠ l. 3 Versus, qui p. ١٩٣ iterum occurrit, in Vita Timuri quoque T. II, p. 376 legitur.
— ١٢٢ l. 12 De vocibus الحسنى الزيادة confer p. 217 l. 18.
— ١٢٣ l. 2 Post vocem الثبات homoioteleuti signum ponatur.
— ١٢٥ l. 2 Pro الاقتناص leg. الاقتناص
— l. 21 — تملك legendum videtur تهلك ut in codice B.
— ١٢٩ l. 8 Loco vocis وانه malim legere انه
— ١٢٨ l. 5 Pro عداو legas عداوة
— l. 19 Post voces خبرا يره homoioteleuti signum deleatur.
— ١٣٠ l. 4 Pro دراك aut ذراك aut دارك legas.
— ١٣٥ l. 27 — النفاف legas النفاق
— ١٣٩ l. 17 — واذ — واداب
— ١٣٧ l. 2 — اخبريني — اخبريني
— l. 9 — عطفة — عطفه
— l. 25 — تحتج — نحتج
— ١٣٩ l. 20 — ادها — ازكا عا
— ١٤٠ l. 3 — الاخلاص — الاخلاص
— l. 15 — اضعاف — ضعاف
— ١٤١ l. 22 — حاحب — حاجب
— ١٤٩ l. 27 Legas الحاجّة واللحاجة
— ١٥٣ l. 22 Pro حصّل leg حصل
— l. 28 Versus in Vita Timuri quoque T. I p. 496 ed. Mang. occurrunt; posterior autem sic: فخبط العبيش موصول يقطع وحبل العمر معقود بموت
— ١٥٤ l. 13 Post vocem الالباب homoioteleuti signum ponas.
— ١٥٥ l. 24 Pro الزيادة leg. الزيادة
— l. 27 Post vocem يتصور homoioteleuti signum ponas.
— l. 32 Post vocem العاشق homoioteleuti signum deleas et post vocem الهمة ponas.
— ١٥٩ l. 8 Pro بنفس legas تنفس
— ١٥٧ l. 1 Post vocem القبل homoioteleuti signum deleas.
— l. 2 Post vocem ذلك homoioteleuti signum ponas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000180

Pag. ١٥٧ l. 8 Pro فبكّر legas فبَكّر
— l. 9 Legas العربان، واطلع الاسد
— l. 23 Pro اسامه leg. اسامة
— ١٦٤ l. 22 Post vocem صاحب homoioteleuti signum deleas.
— ١٧٠ l. 7 Pro كاصحابه leg. كاصحابه
— ١٧٢ l. 31 Post vocem الامام homoioteleuti signum ponas.
— ١٧٣ l. 22 Pro الهيا legas اليها
— ١٧٤ l. 20 — ايا — اِبا
— ١٨١ l. 32 — قصدت — تصدت
— ١٨٤ l. 12 — عذمر — غذمر
— ١٨٩ l. 21 — مصدفات — مصافاة
— ١٩١ l. 1 — منظورة — متطورة
— ١٩٢ l. 16 Post vocem حجر homoioteleuti signum deleas
— ١٩٣ l. 3 Post vocem يديه homoioteleuti signum deleas et post vocem ويمتثله ponas.
— ١٩٥ l. 2 Pro وقه leg. وقد. Post vocem النجدى homoioteleuti signum ponas.
— ١٩٦ l. 3 Post vocem فمك homoioteleuti signum deleas.
— l. 26 Pro الشى leg. للشى
— l. 30 — طغت — طفت
— ١٩٧ l. 20 — يصغر — يصغّر
— ١٩٩ l. 11 — شاهده — شاهدة
— ٢٠٠ l. 12 — دناءه — دناءة
— — — ويشوه — يشوّه
— ٢٠٣ l. 2 Post vocem الذكر homoioteleuti signum ponatur.
— l. 3 Post vocem اشتهر homoioteleuti signum ponas.
— ٢٠٤ l. 4 Pro عافيةً leg. عافيةٌ
— ٢٠٥ l. 25 Post vocem فاعرف homoioteleuti signum ponas.
— l. 28 Post vocem الرفق homoioteleuti signum deleas.
— ٢٠٧ l. 31 Pro مُثْلَه leg. مُثْلَة
— ٢٠٨ l. 3 Pro المقام cum codice A. lego المرام
— ٢٠٩ l. 15 Pro المقاسات leg. بعد مقاساة
— ٢١٣ l. 14 Legas مع الجماعة السنية
— ٢١٤ l. 14 Legas وجارا حسن الجوار
— ٢١٦ l. 11 Pro حسن leg. وحسن
— l. 15 Pro الحسارة leg الخسارة
— l. 31 Post vocem مرة homoioteleuti signum deleas.
— ٢١٧ l. 9 Post vocem المظالم homoioteleuti signum ponas.
— ٢١٨ l. 22 Post vocem بعوضة ما homoioteleuti signum deleas. Et in Corano ad rem minimam designandam adhibita est ex. gr. Sur. 2, 24.
— ٢١٩ l. 7 Pro يضعنا leg. يصعنها
— l. 16 — جملتها — حملتها
— l. 25 Homoioteleuti signum post vocem ظله deleas.
— l. 30 Legas معدلكم
— ٢٢٠ l. 2 Pro لله leg. الله
— l. 31 — فضية leg. قضية
— ٢٢٤ l. 16 Post vocem زاد homoioteleuti signum ponas.
— l. 17 Pro احجف leg. اححف
— l. 18 — الشرغ — الشرع
— l. 32 Post vocem عنه homoioteleuti signum ponas.
— ٢٢٥ l. 17 Pro بين leg. بين
— ٢٢٩ l. 5 sq. Legas من معقول ومنقول
— ٢٢٧ l. 15 Post vocem العالم homoioteleuti signum ponas.
— l. 30 Pr المكارحة leg. المكادحة
— ٢٢٨ l. 8 Post voces فيهم et وذويهم homoioteleuti signa ponas.
— l. 23 Pro ويتفكه leg. يتفكه
— l. 29 — الاف — الاوف
— ٢٢٩ l. 22 Legas وتلا فى
— l. 26 Pro والمساعدة leg. ولمساعدة
— l. 32 Homoioteleuti signum post vocem التغافل deleatur.
— ٢٣٠ l. 2 Pro ذريته l. ذرتيه
— l. 25 Post vocem وحذراه homoioteleuti signum ponatur.
— l. 27 Legas الملاء ياتمرون
— ٢٣١ l. 12 Post vocem الوافر homoioteleuti signum ponas.
— l. 13 Pro دلك l. ذلك
— l. 16 Post voces المطلق et حق homoioteleuti signa ponas.
— ٢٣٢ l. 2 Post vocem مدافع homoioteleuti signum ponas.
— l. 18 Pro دلك l. ذلك تلك

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000181

Pag. ٢٣٣ l. 24 — اذكيا l. اذقيا
— ٢٣٣ l. 2 — ووضع l. يوضع
— l. 10 Legas ما لهما
— ٢٣٤ l. 5 Pro احدا l. احد
— l. 6 Post vocem بالوعد homoioteleuti signum deleas.
— ٢٣٥ l. 11 Post vocem الصواب homoioteleuti signum ponas.
— l. 19 Post vocem المسلمين homoioteleuti signum deleas.
— ٢٣٦ l. 19 Pro خمسين l وخمسين
— ٢٣٧ l. 21 Homoioteleuti signum post vocem جواسيس deleas.
— ٢٣٨ l. 3 Pro ليستعد له l. ليستعدله
— l. 26 — نتركهم — يتركهم
— ٢٣٩ l. 18 — الجواد — الجواب
— ٢٤٠ l. 16 Pro الحوال l. الحوال
— l. 28 — سيحون l. وسيحون
— ٢٤١ l. 1 — اذ ادهم l. اذا ذهم
— l. 3 Post vocem حزم homoioteleuti signum ponatur.
— ٢٤٣ Post vocem الرحمن homoioteleuti signum ponatur.
— ٢٤٤ l. 17 Pro والختمان l. والختمات
— l. 27 — يقْطع — يُقْطَع
— ٢٤٥ l. 20 — يبرى — يبرى
— ٢٤٦ l. 13 — فقالوا — فقال لهم
— l. 32 — منهما — منها
— ٢٤٧ l. 26 — اشعارهن l. شعارهن
— ٢٥٠ l. 11 — يناخرم — يناخرم
— l. 14 — شهور — شهر
— l. 32 Post vocem السير homoioteleuti signum ponatur.

Finitis iis, quae in hoc opere corrigenda erant, occasionem locum in Hamâsa corrigendi et explicandi arripio. In versu لـه يـوم بـوس p. ٧٠ voces يـوم بـوس explicaturus locum e libro Citab-Alaghani adnotavi. Isto in loco aut quod haud accurate scriptus esset aut quod vocem الغزيين, quae p. ٩٠ in Hamâsa occurrit, eandem putarem, in errorem inductus sum. Legens locum in Kaswinii Kosmographia T. II p. ٢٨٥ غربان بناءن etc. errorem cognovi. In Hamâsâ igitur T. II P. 2 p. 546 l. 8 schol. locus sic corrigendus est: Rei peractae autem quum eum poenituisset, eum imperasse, ut duo aedificia instar duorum sacellorum iis exstruerentur. Ibi quotannis duobus diebus uno infausto altero felice regem sedisse. Qui die infausto ad eum veniret, capite animalis nigri ضربان appellati donatum trucidatum esse, dum eius sanguine illa duo sacella illinerentur. Primus autem etc». Sacellis ante portam Cufae prope ad locum, ubi postea Ahlii chalifae sepulcrum erat, exstructis, Kaswinio referente, nomen غربان (pulchra) datum est. Legas igitur يغرى بدمه الغربان.

Index locorum, personarum, rerum in libro Fakihat-Alcholafa.

Numeri paginas textus Arabici indicanti numer, quibus littera p. praeposita est, adnotationum paginas.

Abraha Abyssinorum princeps 166.
Abraham 76. 80. 229.
Abu-l'Ahbbas Ahbd-Allah b. Almohtas 124.
Abu-l'Ahbbas Assaffah 95.
Abu-Ahli Ebn-Sina 56.
Abu-Becr Alrabbani 129.
Abu-l'Darda 127.
Abu-Dsarr 219.
Abu-Duad 212.
Abu-Feras 226. 251.
Abu-Hanifah Alnohman 61.
Abu-l'Hasan Ali b. Abi-Becr Almarghinani 148.
Abu-l'Hasan Ahli b. Mohammed b. Alferat 124.
Abu-Horaira 127. 220.
Abu-l'Hosain etc. 165.
Abu-Ishac Ibrahim Almauzeli 17.
Abu-Ishac Alcarmani 63.
Abu-l'Kasem Alasahd b. Billithah 145.
Abu-Kobais (mons) 45.
Abu-Sahl Mohammed b. Ali Herewi 86.
Adam 65. 73. 76. 251.
Adserbidjan 185.
Adulterii poena 32.
Ahd (gens) 24. 54. 76.
Ahdijj b. Alrikah 181.
Ahdnan 228.
Ahli 136.
Ahlii caedes 77.
Ahmed b. Hanbal 61.
Ahmed b. Harb 116.
Ahmir b. Alharits Djorhomita 45.
Ahmru 63.
Ahmru b. Bahr 25.
Ahmru b. Laits 122.
Alahwas 120.
Albae et fuscae 159.
Allah-Dad 150.
Almalic Alnazir 67.
Alopecia 38.
Altunchan 231.
Amol 247.
Amru-l'Kais 251.
Amuletum 21. 198.
Andocan 242.
Anemone (flos) 205.
Angeli 146.
Angelus mortis 23.
Anima 82.
Antichristus 73. 77.
Anuk (avis) 205.
Anuschirwan 9. 18.
Anzaritae 65.
Aqua 1.
Arbores 1.
Arbor Ghadha 167. 178.
Ardebil 248.
Ardeschir ben-Babec 13.
Arietis signum 143.
Arran 248.
Ars ex indiciis corporis externis futura cognoscendi 25.
Ars metrica 225.
Artak 135.
Asad-Aldin Schirgah 221.
Aschbarah 150.
Asinus 19.
Astrolabium 138.
Astrologia 138.
Astrologus 2.
Atabek 13.
Aus et Chesredj 65.
Avis Alahnkah 43.
Axillae regia 35.
Alzaf b. Barchijah 9.

Baculus Mohammedis 9.
Baculum rumpi 129.
Bagdad 67. 187 et Bagdan 187.
Bagdadenses 18. 32. 44. 128 129. 132.
Bakil 91. 137.
Balahm b. Bäuhra Cananita 73. 136.
Balch 104. 246.
Banu-Dsib 151.
Banu-Saghar 213.
Barbar 64.
Baschschâr 56. (b. Bord) 79.
Basus 249. 250.
Bazra 67.
Bedr locus (dies) 74. 77.
Benaket 242.
Bestiae 1.
Bihram (Mars planeta) p. 206.
Bihram-Djur 14.
Bileam 136.
Blanditiae 245.
Bochara 237.
Borhan-Aldin 148.
Brahmani 166.
Bubo 129.
Busurdjmihr 69.

Caerulei oculi 114.
Cahb b. Malec 208.
Caichosrew 229.
Caicobad 229.
Cäin et Abel 73. 76.
Cajumarts 155.
Calumniarum causâ puniendus 184.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000183

Camelus 1 Cameli novennes 27.
Cameli pugna 77.
Canis 116. 135. 136. 207.
Cantus 17 sq.
Capellae sidus 154. 204.
Capitis (medici) tegumentum 64.
Capite plecti 102.
Caracorum 250.
Carch 49. 67.
Carman 63.
Caschgan 239.
Catsir b. Morrah 220.
Cautio 192.
Chaisar 227.
Chaled b. Alwalid 77.
Chalifa 150.
Chalil 208.
Chalil b. Ahmed 18.
Chan-Balik 227.
Chathae regna 151. 227. 231.
Chidhr 25. 76.
Clientes 170.
Cognomen 86.
Colles Ridhwani 185.
Color Ahbbasidarum 95.
Color Omajjadarum 95.
Columba 6. 144. 210. 232.
Compotores Djadsimahi 86.
Confessio fidei 1.
Corona 26.
Corvus 26. 198.
Coutak 250.
Credens e familia Pharaonis 58.
Crocodilus 126.
Cruci adfigere 146.

Dactylus et pruna 180.
Daemon 36. 37. 55. 75.
Daemon familiaris 35.
Dallah 129.
Damascus 54.
Damascenorum matrimonium 129.
David 76.
Decimae 224.
Descht-Baracah 250.
Descht-Kapdjak 250.
Aldhohhac 10.
Djadsimahi compotores 86. 212.
Djahfar b. Mohammed 225
Aldjahithsi pater 25.
Dharifa 63.
Djahfar b. Mohammed 225.
Djam 247.
Djelal Aldin 246.
Djend 242.
Djengischan 230. 231. 250.
Dies festi 25 extremi iudicii 141.
— resurrectionis 49. 107.
Djihan (flumen) 242.
Djin 55.
Djohainah 54. 95. 129.
Djowain 247.
Domum intrare 154.
Dona iudicibus data 141.

Ebn-Ahbbas 92. 116.
Ebn-Chaldun 151.
Ebn-Alchowaizirah 220.
Ebn-Dsoca 138.
Ebn-Alfarghani 132.
Ebn-Salam 181.
Ebn-Sina (Abu-Ahli) 56.
Ebnat-Alchoss 42.
Edrisi scientia 138.
Eleemosynae 224
Elementa quatuor 143. 197.
Elephas 166. Elephantibus proiici 167.
Epistola regis 8.

Fachr-Aldin 225.
Faghfur 61.
Alfarghani 129.
Fata hominum 25. 46. 56. 158.
Ferrum diffidens (frigus) 24. 68.
Fihr, Fihrica vestis 209.
Formica 9. 251.
Fur 102.
Furti poena 102.
Furtum poeticum 56.

Ghul 55.
Glarea 1.
Glis 126. 183.
Grus 210.
Goliath 76.

Hadjdjadj b. Iusuf 77. 153
Alhadi chalifa 79.
Hagar 76.
Haidar 68.
Halebum 67.
Hamadan 248.
Haman 76.
Hammam b. Morrah 72.
Hammami filia tertia 72.
Harets b. Zahzaah 116.
Alhasan Albazri 251.
Hatim 154. 159.
Hentselah b. Zafwan 209.
Herath 249.
Hidjasi circulus 18. In Gulistano p. ٣٣٩ ed. Gladwin Hidjasi modi musici mentio fit.
Hind 40.
Hiobus 212.
Hiobi morbus 76.
Hira 95.
Holagu 67.
Homines 48.
Hominum actiones 19.
Honaini lacinia 68.
Horoscopus p. 99. 144.
Alhosain Ahlii filius 22.
Hospitis caedes ulciscenda 164.
Hud 87.
Humores quatuor 37. 143.

Iabrin (regio) 36.
Iacobus 212.
Iacobi filii 76.
Iagog et Magog 227.
Iahja (Iohannes) 76.
Iarfa Ohmari minister p. 224
Ibrahim b. Adham 49.
Ibrahim b. Solaiman 95.
Ieiunium 224.
Iesar-Alcawäihb 122.
Iesus Christus 73.
Ignis accensus 23.
Ihmad-Aldaula 120.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000184

Ihzami 144.
Ijas b. Moahwijah 5. 218.
Imam 103. 150.
Imil 250.
Instrumenta laetitiae pulsare 29.
Iohannes 76. 77.
Ionas 26. 76.
Iosua 25. 76.
Iracensis 37.
Iracensium et Syrorum inimicitia 19.
Iracae circulus (musicus) 18.
Iracae ambae 120.
Iran. 246.
Ire obviam 139.
Irem 54. 76.
Isae gens (Christiani) 77.
Ismael 76.
Ismaelis mater 76.
Iter sacrum 224.
Iudicii extremi dies 1.
Iumentum Mohammedis 224.

Kabus b. Waschmegir 13.
Kahkah 199.
Kais b. Sahd 220.
Karakum 232. 250.
Alkarin mons 185.
Kasan filius Arghuni 54.
Kaswin 248.
Kirilla (avis) 42.
Kirkir 227.
Korah (Karun) 76.
Koraithsah 77.
Kumas 247.

Lacerta 1.
Lapides 1.
Lebid 33.
Legati dimissi 144.
Legere super capitibus 134.
Leo 86. 157. 158.
Lepus collis Ahkabah 77.
Litterae regiae p. 134. 144.
Locusta 242.
Logogryphi 29.
Loth 76.
Luctator 120.
Luctus caeremoniae 36. 237.
Ludus sagittarum 93.
Ludus pilae 178.
Ludus (regius) schahi 166
Ludus Schahi parvus, magnus ib.
Luna 1.
Lupus 157.
Lutum 1.

Magi 15. 76. Apud Brissonium de regno Pers. Argentorati 1710 invenimus, Magos censuisse fas et ius esse cum matre et filia misceri, aliaque huiusmodi turpia narrata sed tale, quale auctor noster retulit, ibi narratum non est. p. 493 sqq.
Mahbad 17.
Mahmud b. Sobokthegin 137.
Malec 40. 250.
Malec b. Anas 61. 88.
Almalec Alnazir 67.
Mandatum scriptum regis super capite 8.
Manes 234.
Manin (vicus) 60.
Almanzur 221.
Maraghah 129.
Margaritae in filo 30.
Marghinan 242.
Maria 80.
Maria filia Alkami vel Thsalimi b. Wahab 145.
Masenderan 247.
Matrimonium 106.
Mars 11. 206.
Medicinae scientia 63. 226.
Mensis Ramadhan 250.
Mercenarius piscatoris 9.
Merwan b. Mohammed 95.
Messias falsus 228.
Metrica ars 225.
Miracula Mohammedis 1.
Miscin-Aldaremi 10. 41.
Moahwijah 77.
MoajjedAldinEbn-Alahlkami67.
Modillah 129.
Modlidj (gens) 25.
Mogoli 227. 232.
Mohammed (legatus) 8. 90. 162. 252.
Mohammed b. Alhasan Schiihtarum Imamus duodecimus 49.
Mohammed b. Idris Alschafëi 61.
Mohammed (Abu-Jahja) b. Mahn . . . b. Zomadih 145.
Mohammed Kawschin 207.
Mohammed b. Sirin 63.
Mohtaselitarum doctrina 5. 224.
Almohtazim Altadjibi 145.
Morbi 37.
Mosainah 54. 95.
Moses 25. 76. 80.
Mukan 248.
Muna vallis 189.
Munera 202.

Nasaf (Nachschab) 242.
Nimrod 76. 78. 229.
Nisabur 211.
Noah 25. 76.
Alnohmân 33.
Nomina; nominum multitudo 86.
Novem unciae 155.
Nubes pluviam non emittens 154.
Nummos spargere 26. 235. 237.
Nur-Aldin 221.
Nuschirwan 9.

Odor excrementorum foedus 145.
Ohkail (gens) 212 (Vir) ib.
Ohmar 77.
Ohmari caedes 77.
Ohmar b. Ahbd-Alassis 223.
Ohmar b. Alfaredh 29. 220.
Ohod (locus) 77.
Ohtsmani caedes 77.
Omajjah b. Abi-Zalt 73.
Omen 116. 125. 134. 169. 204.
Orgyiam extendere 130.
Oriens 37.
Ornamenta orationis p. 150.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000185

Ortok 135.
Osculari terram 7. 17. 108. 147.
Otrar 232.
Ounecchan 230.
Ova avis Anuk 73.
Ovis assata 1.

Palma Mariae. 111.
Pannos pretiosos sternere 26.
Paradisus 18. 54.
Paradisus ruber 77.
Pardus 157.
Paxillus 19.
Perseus (sidus) 209.
Pileus longus 185.
Piscatoris mercenarius 9.
Planetae infaustae duae 173.
Plejades 6.
Plurales ex nominibus actionis formati 28.
Poenitentia 166. 198. 238.
Praefectus 137.
Preces 36. 127. 145.
Prunae arboris Ghadha 167.
Pulchrarum rerum duarum una 159.
Puniendus 184.
Puniendi modus 167.

Rabih b. Sijad Ahbsita 33.
Alradhi chalifa 36.
Rachma avis 195.
Rafeditae 54. 67.
Regis adventus 26.
Regis mandata 134.
Reges adire 147.
Resurrectio 242.
Rhetorica ars 7.
Ridhwan 18. 66. 185. 203.
Rocn-Aldin Aldewadar 67.

Sabsawar 248.
Sabur (oppidum) 211.
Sagittae sortis 133. 152. 171.
Alsahdii filia 185.
Said b. Ahli b. Alhosain b. Ahli 54.
Said-Alchail 36.
Salancai 227.
Saliva 59.
Salm b. Ahmru 56.
Salomo 9. 76. 91. 113. 251.
Saluk 140.
Samaritanus 77.
Samarkand 237. 245.
Sarudj (locus) 195.
Sasan 63.
Satanas 55.
Satellites 137.
Sathih (hariolus) 151. 172.
Saturnus 11.
Saul 76.
Schaddâd 54. 76. 229.
Schahi ludus 166. 207.
Schaich-Carman 63.
Schann 50.
Alschara 176.
Scharwan 248.
Scripta publica 144.
Secreta 88.
Serpentes 172.
Sidera 11. 32. Siderum ortus.
Sihun 240.
Sindae docti 166.
Soahd 164. 200.
Sobaidah 68.
Somnia 63.
Sonnitae 67.
Sorra-man-raah 49.
Stella spicae 185.
Stellas volantes jacere 69. 76. 77. 146.
Stupiditas longi 177
Sufi 211.
Sulphur rubrum 234.
Sultan 81.
Sultan Hak 67.
Syrus 37.
Syria 54.
Syrorum beneficia in Bagdadenses 18.

Tacabec Artacida 135.
Talpa 178.
Taschcend 242.
Tatari 67. 227.
Tauri cornu 6. 26.
Tecrit 60.
Tempus infelicissimum 173.
Temudjin 230.
Termeds 246.
Terra 6.
Thabakah 50.
Thaberistan 246.
ThaherfiliusNazir-Aldaulae212.
Thalekan 246.
Theriaca 149.
Thesauri 120.
Thowais 17.
Thsariban (animal) 76.
Thus 247.
Timur 150.
Timur Lenc 151. 206. 250.
Tit 227.
Toncat 227.
Trabs sonans 1.
Tsamud 76.
Tsoahl (familia) 248.
Tympana pulsare 28.

Uber siccus 1.
Uighur 227.
Upupa 92. 210. 251.

Vestis Fihrica 209.
Vestibus pretiosis ornare 147.
Vestigium rei et res ipsa 22.
Vexilla 35. 55.
Vezirus 206.
Vicinus 19.
Vinculum cervicis pediculosum 6, 20.
Vindicta 69.
Vita 35.
Vitulus aureus 77.
Vulpes 146. 157.

Alwalid 77.
Wazil b. Atha Alghazali 5.

Zacharias 77.
Zaleh 76.
Zelah-Aldin 36.
Zendiki Bagdadi 79.
Ziffin (locus) 77.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000186

Index Arabicus.

ابابيل 166.
ابو خديج 112.
ابو مذعور 112.
ابو مرة 131.
اتابك 13.
اخوان الصفا 115.
الادب 225.
الارتقى 135.
تارق 34.
ارم 54. 76.
استاد 64.
الاستقصات 79.
سفيرايين 247.
الاصول 18. 143.
اقرقى 114.
اكسير 40.
الايتلاف p. 151.
الامام 64. 169.
اماه 44.
امير جاندار 202.
امير الميمنة 210.
الانس 185.
اهلون 29.

آهو 146.
اوج 130.
اوج الحسينى 17.
ايران 246.
اياسى المخبر 5.
أين من أين 9.
ايوان 70.

باد 90.
بازدار 221.
باشف 210.
باغ 18.
انبتق
البحث 12.
تدبيج p. 151.
بدرة 199.
البديع 7. بديعة 99.
بدايع 169.
بيدق 58.
البداية 148.
بربو 64.

برج 158.
برج الحمل 143.
بر يدى 23.
البرددار 202. البرددارية ib.
برطل 14.
البرهان 22.
البزز 135.
بساطة 80.
بسملة 162.
البشاير 29. 144. 236.
بشبعة 188.
بطراء pro بصراء 62.
بطاقة 134. 144.
البطاين المروية 228.
اما بعد 1.
بعدى 201.
البغبان 67
الباقيات الصالحات 48.
بقيار 64.

ابل 196.
بلشون 195.
بالط 20. 38.
البلاغة 7. 32. 151.
البن 54.
بند 34. 163.
ابن تلك 170.
ابن الوقت 174.
بنو زغار 212.
البورى 64.
بيت الشاه 166.
البيان 1. 7. 151.

التتار 140.
ترخان 231.
تعبس 42.
التورة 234.
تيس مستعار 19.

اثبات الصفات 224.
مثقال ذرة 250.
مثالث 18.
مثانى 18. 29.
الثور 6.

جاوش 120. 210.
جبر 224.
الجبرية 224.
الجتا 48.
جرجانية 236.
جرذان 2. 30. 124.

جرأ pro جرى 77.
جساوة 86
جغتاى 234.
الاجلاب 167.
جلواز 62.
جلس 36.
جامع 56. 99.
الجماعة 19. 55. 77. 95. 144.
الاجماع 81. 138.
جملة 59.
جميلة 31. 40.
مجمل 21. 71.
الجنة الحمراء 77.
جنة المرتاد 242.
جناب 18. 46. 66.
جنك 211.
الاجتهاد 5. 49. 168.
الجهمية 224.
الجوارى pro الجوار 89.
المجاز المرسل 60. مجاز 72.
جوبان 52.
الجوك 235.

حبا لك وكرامة 28. 46.
حاجب 202. 206.
الحجون 45.
حد مانع ر حد جامع 56. حدّ ib.
قطع الحديد 24. 68.
حيدرى 68.
الحذاريات 224.
حار pro حاير 185.
حارس 202.
الحروش 2.
الحروف 25.
حراقة 29.
حريق 34.
الحرمان 90.
احترم 87.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000187

محرمية 23.
حرافش, حرفش 44.
حرنفش 44.
حساب 42.
حسبلة 162.
حسنى الحسين 64.

تحشّف 72.
الحاشمة 14.
تحاشى 118.
حاصل 28. 66.
حضور 211.
محاضر 184.
محاطمة 167.
حظيرة القدس 76.
حقيقة 60.
التحقيق 112.
حكم 100.
محكم 48. 69.
حكاية 108.
حلال 38.
تحلل 195.
حامل القبة والطير 209.
الحامل 47.
حمية الجاهلية 149. 167.
الحن 54.
محور الفلكة 210.
حاك 54.

احال حوّل 166.

حوّلق 20.
حيوان 11.

حيّ على الفلاح 83.
تحيّل 14.
استحيت pro استحت 72.

خاقان 48.
خان بالق 48.
خبر كان 9. 128.
تخبير المشترى 176. 178. 213.
مخبر ومنظر 4.
خبايل 31.
خاتلة 174.
اختتم 89.
خواتم 56.
الختن 48. 53. 109.
خجند 242.

الخادم 64. 202.
خرابة 35.
الخربندية 202.
خروج 8. الخراج 61.
خوارق 191.
مخارق 167.
خزندار 202.

خُويَصّة 130.
خصيب 230.
الخاصكي 143.
الخطا 48.
فصل الخطاب 66.
الخطابة 39.
اخفا 38.
الاخلاص 1. 7. 31. 43. 66. 94. 176. 225. المخلص 95.
تخليط 224.
الخلع 108.
خنفور 64.
اخنى 245.
خوند 16.

الديران 116.
مدير 202.
ادارة 111.
دربندات 237.
متدرق 154.
مدرك 54. مدراك 134.
الدزدار 66.
الدستور 206.
دسايس 55.
الدشت 235. الدشت الكبير 48.
دشت بركة 250.
دشت قفجاق 116.
دعوة 37.
مدفع 206.
دقت البشاير 29. 144.
الدليل 22.
ملك الديمور 108.
حدود الدمن 151.
الدهان 145.
الدوادار 202.
دو بيت 192. 211.
دود الخل 241.
دايرة الحجاز 18.
دايرة العراق 18.
ديوار 89.

ديوان 70.
اصحاب الديوان 62.

ذو العتاب (compotor canum?) 116.
ذو القرنين 188.
ذو النورين 53.
ذوق 68.
مذيف 196.

رئيس الدير 209. 214.
ربيبة 16. 129.
تربية pro تربيت 54.
راتبة 120.
مرجح, ترجيح 5.
استرجع 20.
الرخ 166.
الرد والعول 74.
ردع 141.
ارتدم 167.
رزداق 142.
رسالة عاطرة 236.
الرسايل 79.
رسايل اخوان الصفا 47.
مراسل 150.
الرشا والبرطيل 130.
ارشى 14.
ارتصاص 161.
الارصاد p. 152.
الرصعات 79.

ترصّع 166.
رغبوت 190.
الرافضة 54.
رق 122.
الرقبا 133.
رقراق 119.
فى ركابه 138.
مركز الملك 209.
اركان الصلاة 224.
ترمم 216.
رمز 29.
روامك 120.
الرمل 64.
ارتهاص 161.

مُريد 26. 78.
راوس 71.
رواة 246.

رياء 24. 44.

زاغ 199.
زبان 164.
زبنى القيامة 114. 188. الزبانية 248.
زجرة 227.
زلت بك القدم 116. 177. 198.
ازلام 133.
زمام الآدر 64. 202.
زمام الامام 64.
زمك 234.
زنديق 32. 96.
زه 216.
مزهر 165.
زوج البتول 53. 61.
المزاوجة p. 152.
زيد وعمرو 8. 34. 59. 134. 157. 169. 230.
زيرباج 143.

سالوس 77.
تسبب 174.
ساجات السماك 118.
اسبل 37.
ست 39.
سجال 211.
سجيل 166.
سادج 170.
سواد 138.
السرج 14.
السرخا 64.
سطا 219.
سعد السعود 116.
السعالى pro السعال 73. 74.
ساقطة 98.
مسقط 142.
السقمونيا 79.
مسكبة 67.
استكن 38.
اسكان 168.
السلب 12. 143.
التسليم 174.
سلوان المطاع 4.
سماط 18.
السمع 215.
اسند 200.
مستند 34.

السنة 55. 65. 144.
علم السنة والحديث 226.
سنتاى 248.
سنقر 209.
الساهرة 241.
التسهيم p. 152.
السوايح 37.
سوار 206.
سُوَيْعَة 145.
سوفى 202.
سايس 72. 202.

شاش 70. 187.
شاه مات 166.
شاهين 209.
تشبيه 224.
تشابه الاطراف p. 152.
المشبهة 224.
شحرور 211.
شده 73.
شرور 2.
شرح 199.
شريف 61.
الاشراف 61.
تشريف 108.
شرك 254.
شطح 15.
الاشعرية 224.
شق العصا 5.
المشاكلة p. 152.
شمسى المنظر 5.
شموط 189.
شملة 211.
الشند 64.
شهريار 22.
شهود 202.
الشهوة 11.
شيح وقيصوم 228.
شيخ نجدى 77.

صبر 174.
مصحح, تصحيح 5.
صاحب 28.
مستصحبة 6.
صحار 150.
مصحف 96.
الصادح والباغم 4.

صدر 35.
الصدف 228.
الصديق 53.
تصرف 67.
الاصطناع 12. 65.
الصفا 45.
الصفاتية 224.
الصقر 210.
الاصلح 5.
صلمعة بن قلمعة 131.
اركان الصلاة 224.
صن ابن مصن 76.
الاصطناع 65.
الصوفى 174.
صولجان 7.

التصاد p. 150.
اصطر 69.
ضرة الر ثمر 71.
الظربان pro الضربان 76.
الضلال 196.

طابات 206.
المطابقة, الطباق p. 150.
طرب 42.
مطارحة 167.
طرد 6. 11.
الاستطراد 6. 22.
طرز 54.
طرطور 114.
طرف 61. الاطراف 62. 242.
تطرف 61. طراف 141.
الطريق 138.
طرقان 67.
استطرق 126.
طواشى 64.
طقبسى 187.
الاطلاب 167.
طالع مسعود, طالع نحس 11. 98. 137. 144.
مطالعة 167.
طواشى 64.
الطامة الكبرى 67. 190.
طنبور 211.
الطور 249.
استطار 164.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000189

ظهر المجن 5.

عبث 26.
عبودية 168.
التعبير 64.
عتيق 31.
الاعجاز 196.
المعجزات 1. 207.
تعديل الاركان 224.
العرض 79.
المعارضة 6. 11. 12. 65. 93.
معرفة 183.
عراق العجم 248.
عارية 190.
عزرائيل 23. 175.
المعتزلة 224.
العسس 137.
تعطيل 224.
عفريت 36.
عقيد 86.
عقيق 92.
العقل 147.
عقيل 212.
معقول 18. 23. 109. 150.
عكس 6. 11. 142. المعاكسة 6. 12. 103.
علم الملك والملكوت 118.
علم البديع p. 150.
علم البلاغة p. 150.
علم البيان p. 150.
علم الفراسة 100.
علم التفسير والقران 226.
علم المعانى 7. 151. 225. p. 150.
علم اليقين 139.
اعلى العليين 80.
عمال 34.
المعمارية 28.
العنصر الخفيف 83.
— الثقيل 83.
عنق 94.
العنقاء 91 109 209.
الاعور اللعين 76.
عين اليقين 12. 139.
معين 29.

الغرور 53.
غراب البين 94.

غريض 193.
الغزالة 1.
غسل 219.
غضا 178.
الغضبان 248.
المغل 66.
غل قمل 34.
غلالة 211.
مغلوق 228.
غمة 6.
غور 33.
اغارة 56.
غول 44.

فت 32.
فتيل 251.
الفتاوى 53.
فج 163.
فردة 138. تفريد 1.
فرزين 166.
فرس 166.
الفراسة 13 تفرس 41.
استفرش 228.
فرض 14. 39. 147. الفريضة 14. الافراط 224. التفريط ib.
علم للفروع 226.
فرق 185.
الفرقان 62.
الفاروق 53.
فرمان 144.
فويسقة 183.
الفصاحة 7. 11. 32.
مفصل 21. 71.

فغفور 48.
الفقيه 202.
المفهوم 5.
التفويض 174. 224.

الفئ 8.
فيل 166.

القازانيون 54.
قبة الاسلام 67.
قبة الفلك 209.
قبوز 18.
اقتبل 164. المقابلة p. 151.
قتجم 104.
القدر 8. 133.

القدرة 80.
التقديس 224.
تقرير 40. 139.
القرابة 88.
قرن الثور 6. 26.
القرانيص 167.
قساوة 86.
قسوق 228.
قيصر 48.
مقاصف 168.
القصاء 8. 133.
القاضى 202.
اقطاع, اقطاعة 34. 202.
المقطع 145.
الانقطاع 175.
قطمير 251.
قعد 115.
قلب 6. 11. 142.
قلندرى 68.
قورلتاى 234.
القال والقيل 33. 127. 155. 168.
قَيْل 5.
القياس 81. 100.
القيافة 25.

مكابرة 223.
كاتب السر 202.
الكتانى 145.
الكحال العواوير 64.
مكاحل 206.
كرخ 49.
الكريسى 187.
الكرام الكاتبين 107.
الكرامة 37. 188.
كرة 7.
كسير وعوير 42.
كسرى 48.
كساء 169.
كاشية 249.
تكفير 64.
مكافى pro مكاف 49.
كليله ودمنه 4.
الاكلب 167.
مكلفة 3.
كلام 59.
علم الكلام 226.
كلا pro كلأ 57.

الكنانى 145.
كنبوش 26.
كويك 140.
اكواش 89.
الاكوان 80.
استكن pro استكان 40.

لاش pro لا شى 123. 153. 232.
لثام 7.
لحد 73.
لحى 138.
لعب 26.
التلفيف p. 151.
لوح 26.

ماء الوجه 42.
ماهية 46. 146.
مثال 215.
تمثيل 40.
مدينة السلام 187.
مريض 42.
مرقدار المرقدارية 202. 207.
المزاج 13.
المزيج 206.
المسيح الدجال 73. 77. 228.
مسخ 56.
تمسخر 31. 187.
تمشى 55.
مغل 66.
مقر 174.
مالك الحزين 195.
ملك الموت 175.
ملكة النيرات 209.
ملكوت 35.
المند 64.
مانع 56.
المنعة 22.
منك واليك 16. 40.
مهتار مهتر 10. 202.
مالا 230.
ماء الوجه 42.
موميا 79.

ناموس 77.
ناووس 76.
نبيذ 17.
مستنجع 17. منتجع 64.
نجد 33.
انجاف 187.
التناجيم 64.
النجوة 39.
استنحى 38.
استنحى 38.
التنزيه 224.
التناسب p. 151.
نسج 54.
النسر الطاير 208. 209.
الواقع — 208.
نسل 205.
الانشاء 251.
الانصار 252.
نصل 38.
ذات النطاق 68.
المنطوق والمفهوم 5. 69. 78.
الناظر الخاص 210.
المناظرة 12.
تنظير 4. 13. 18. 29. 99. 104.
منظر 4.
نظام 34.
نقرة 199.
النفس الانسانية 11. 81.
الرحمانية 82.
منفاخ 208.
نفاق 24.
نفل 14. 39. 147.
المناقصة 6. 11. 93. 103.
نقص 30. 36.
النقل 147. 166. 182. 203.
منقول ومعقول 18. 23. 80. 183.
النقى 138.
مناكب 119.
نكرة 183. منكر 184.
منكاش 137.
نوبة 210.
مناط 92.
نايب 202.
هاير pro هار 40.

الهجر 159.
المهاجرون 252.
الهداية 148.
هم 35.
هنتاه 44. 59.
مهوى 206.

واسوتاه 47.
وجوم 35.
توحيد 1.
التودية 82.
ورد 35.
الوسواس الخناس 131.
الوصل 159.
الوضوء 219. 224.
وضع من c. 32.
اوضاع الحساب 138.
موضوع 30. 36.
وظيفة وظيف 178.
التوظيف p. 151.
موافى pro مواف 49.
التوقع 103.
الموقع 202.
التوقيع 202.
وقف 207.
موكب 26.
ولى 76. 172. 207.
الوالى 62.
الولاية 82.
ايهام التناسب p. 152.

ياجوج وماجوج 48. 237.
الياس 76.
ياساق 139.
يسرى 182.
عين اليقين وعلم اليقين واليقين 12. 139.
تيمم 36.
يما 248.
ايام نحسات 196.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000193

8495
De ~~5980~~ (2)
4°

ULB Halle
000 315 621
3/1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000195

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-21628/fragment/page=00000196